

De Maria Magdalena et triduo Christi disceptatio... [J. Fabri Stapulensis]

Lefèvre d'Étaples, Jacques (1450?-1536). De Maria Magdalena et triduo Christi disceptatio... [J. Fabri Stapulensis]. 1517.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :

*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.

*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer [ici](#) pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.

*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

4888

De María Magdalena, & triduo CHRISTI
disceptatio, ad Clarissimum virum
D. Franciscum Molineum,
Christianissimi
Frãcorum
Regis
FRANCISCI Primi Magistrum.



PARISIIS
Ex officina Henrici Stephani.

1 5 1 7

CVM PRIVILEGIO

Reserve

4. 10. 75

- Argumentum primæ partis. 1
- Tres, Peccatricem, Mariam Marthæ sororem,
& Mariam a qua dominus septem eiecit dæmo-
nia: nomine Mariæ Magdalenæ celebrari. 2
- De Maria sorore Marthæ: Euāgelistarum scri-
pta. 3
- De Maria Magdalena a qua septem eiecta fue-
re dæmonia: idētidem Euangelistarū scripta. 4
- Mariam sororem Marthæ: non fuisse Mariam
Magdalenam a qua dominus septem eiecit dæ-
monia, ex euangelio. 5
- Idem: ex sacris auctoribus. 6
- Mariam Marthæ sororem, nō fuisse mulierem
illam in ciuitate peccatricem: ex sacris auctori-
bus. 7
- Idem: ex euangelio. 8
- Mulierem peccatricem: non eam fuisse Mariam
Magdalenam a qua septem eiecta fuerunt dæ-
monia. 9
- Mariam Magdalenam a qua septē eiecta fue-
runt dæmonia: fuisse ex Galilæa. 10
- Item: nec ante nec post q̄ eiecta fuere dæmonia,
illam fuisse peccatricem. 11
- Tres esse: Peccatricem, Mariam Marthæ soro-
rem, & Mariam Magdalenam a qua septem
eiecta fuerunt dæmonia. 12
- Epilogus ex Euangelistis: & de qua triū, quæq̄
eorum dicta veniant intelligenda. 13

INDEX

Obiectio.	14
Responsio.	15
Augustinum: ancipitem habuisse super hac re sententiam.	16
Non commode ex Ioanne trahi posse: Peccatrici nomen fuisse Mariam, aut Mariam Magdalenam.	17
Conuenientiae & differentiae nonnullae: Peccatricis, & Mariae sororis Marthae.	18
Non recipiendos eos esse: qui post Gregorium & Bernardum, in eorum sententiam currunt.	19
Duas duntaxat ex testimonio scripturarum, sacros unxisse domini pedes: & de excellentia unctionis Mariae sororis Marthae. ubi obiter, locus euangelii ad veritatem graecanicam explicatur.	20
Alia obiectio ex historia, incerto auctore scripta.	21
Dilutio.	22
De caruncula in parte priore cranei: quod visitur apud sanctum Maximinum.	23
Quis modus venerandi cuiusdam peregrini: quem qui hoc opus conscripsit, itineris habuit comitem.	24
Conclusio primae partis: in veneratione trium, etiam sub vno nomine.	25
PARS secunda: dominum tertia die surrexisse, & etiam interdium.	26
Obiectio: quod noctu surrexerit,	27


- Dilutio. quod etiam quamuis dominus nocte dominicæ surrexisset : verum & id quoque esse, eum tertia die surrexisse. 28
- Dominum interdium surrexisse. 29
- Quomodo id Matthæi, vespere autem sabbati quæ lucefcit in prima sabbati: intelligendū. 30
- Mulieres nō venisse profunda nocte ad monumentum. 31
- Mendacia principum sacerdotum: non posse argumento esse, dominum noctu surrexisse. 32
- Ex Maria Magdalena a qua eiecta fuere dæmonia: haberi nō posse, dominum noctu surrexisse. 33
- Nullā adduci posse mulierum : quæ sciuerit dominum noctu surrexisse. 34
- De eo quod scriptum est: valde mane veniunt ad monumentum orto iam sole. 35
- De triduo sepulturæ domini: supputatio Bedæ. 36
- Censura: super ijs quæ Beda scripsit. 37
- Quod noctē diei resurrectionis: ex Marco suspicemur breuiorem, & diem longiorem solito. 38
- Dominum, interdium, nō noctu surrexisse: ex sacris auctoribus. 39
- Triduum resurrectionis domini: non ex supputatione horaria esse sumendum. 40
- Quis sumendi modus. 41
- Dubitatio : de tribus diebus, & tribus noctibus

INDEX

domini, in corde terræ.	42
Responsio brevis: & quid cor terræ designet.	43
Primus modus: assignandi tres dies, & tres noctes existentiæ CHRISTI in corde terræ.	44
Figuram Ionæ: quodā pacto monstrare dominum interdū surrexisse.	45
Secūdus modus assignandi tres dies, & tres noctes ex figura Ionæ: secretior & verisimilior.	46
Qui tres illi dies: & quæ tres illæ noctes.	47
Parasceues: duplicē fuisse noctem.	48
Dubium ex verbis Marci: oportere filium hominis occidi, & post tres dies resurgere.	49
Responsio. quæq; vetus interpres representauerit Euāgelistam: non ad homophoniā, sed ad diaphoniā.	50
Legendo post tres dies: esse diaphoniā.	51
Quæ Matthæus scripserit: per tres dies, non post tres dies.	52
An in accusationibus falsorum testium: legendū sit post triduum, & post tres dies.	53
Epilogus ex Euāgelistis: & Marcum scripsisse per tres dies, non post tres dies.	54
Conclusio secundæ partis.	55

4

Iacobi Fabri Stapulensis, de Maria Magdale-
na, & triduo CHRISTI, disceptatio: ad Ma-
gnificum virum D. Franciscum Mo-
lineū, Christianissimi Franco-
rum Regis FRANCISCI
Primi Magi-
strum.



Interrogasti me Clarissi-
me FRANCISCE, quidnā
de Mariæ Magdalenæ
vnitate pluralitateve sen-
tirem: ego vero respon-
sionem tunc paucis absol-
uī, tres (mea sententiā)
nomine Mariæ Magda-
lenæ celebrari solitas, &
quod singulatim cuiq; conuenit, omnibus: &
quod omnibus, singulatim cuiq; tribui solitum,
& plerosq; insignium etiam scriptorum: de illis
confundere intelligentiā; vitam, & officia, & eius
rei veritatē: a sacris eloquijs potius, q̄ ab auctori-
bus, aut ijs qui nūc aut scribunt, aut ad populū
verba faciunt, esse requirendam. ¶ Verum hæc
mea responsio, tibi & noua & non protinus ad-
mittenda, forsitan haud sine causa, visa est: vt qui
longe aliter olim persuasus eras, vnīcam fuisse
Mariam Magdalenam, id quod: ferme passim

A. iij.

vulgoque receptum est. Quapropter æquum esse duxi, breuitatem nostræ responsionis, ad te scriptis extendere: vt pro prudentia tua tecum cogites, an poterit dicti mei veritas, nedum verisimilitudo, apparere. ¶ Principio igitur, tres nomine 2
Mariæ Magdalensæ celebrari, peccatricē inquam,
& Mariā Marthæ sororē, & eā a qua dominus
septē eiecit dæmonia: ostendamus oportet. De
 peccatrice enim, Gregorius super id euangelij,
 • Rogabat IHESVM quidā pharisæus vt man-
 • ducaret cum illo: ad hunc inquit modum. Cogit-
 • tantī mihi de Mariæ Magdalensæ poenitentia:
 • flere magis libet, q̄ aliud dicere, cuius enim vel
 • saxum pectus, illę huius peccatricis lachrymæ:
 • ad exemplum poenitentia non emolliant? Ecce
 peccatricem: Mariam Magdalenam appellat
 Gregorius. ¶ Et Mariam Marthæ sororē, no-
 mine etiam Magdalensæ celebrari, adeo receptū
 est: vt nullam præter eam fuisse Magdalenam,
 nunc passim credatur, cuius rei fides: etiā ex euā-
 gelio capi posse videtur, quod & vberius mox
 aperietur. ¶ Sed & eā a qua dominus septē eie-
 cit dæmonia, nomine Mariæ Magdalensæ cele-
 brari: euāgelij testimonio, nulla cōtrouersia ori-
 ri potest, inquit enim Marcus. Surgens autē ma-
 • ne prima sabbati: apparuit primo Mariæ Ma-
 • gdalensæ, de qua eiecerat septem dæmonia, item
 • Lucas, Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a

Gregorius

Marcus
16Lucas
27

. spiritibus malignis & infirmitatibus: Maria que
 . vocatur Magdalene, de qua septē dæmonia exi-
 . erāt. Ecce: quomodo & hæc, nomine Marię Ma-
 . gdalenæ celebratur. Constat igitur & peccatri-
 . cem, & Marthæ sororē, ac eam a qua dominus
 . septem expulit dæmonia: nomine Mariæ Ma-
 . gdalenæ celebrari. ¶ At nunc secundum euan-
 . gelij lucē: exploremus an vna eadēq; sit, mulier
 . in ciuitate peccatrix, Marthę soror, & ea ex qua
 . dominus septem pepulit dæmonia. Ac primū:
 . Matthæi verba citemus dicentis. Cū autē IHE- Matthæus
 . SVS esset in Bethania in domo Simonis lepro- 26
 . si: accessit ad eū mulier habens alabastrū vnguen-
 . ti preciosi, & effudit super caput ipsius recum-
 . bentis. Per que, certum est: ^{hanc mulierem} eandē esse ei de qua
 . Marcus ait. Et cum esset Bethaniæ in domo Si- Marcus
 . monis leprosi, & recumberet: venit mulier habēs 14
 . alabastrū vnguenti nardi pisticæ, preciosi, & fra-
 . cto alabaastro fudit super caput eius. Nā & tem-
 . pus, & locus, & vnctionis modus: conueniunt.
 . Sed: & eandem esse cum ea de qua Ioannes me- Ioannes
 . minit in hunc modum. IHESVS ergo ante sex 12
 . dies paschæ venit in Bethaniā: vbi Lazarus fue-
 . rat mortuus, quem suscitauit IHESVS. fecerunt
 . autem ei cenā ibi: & Martha ministrabat. La-
 . zarus vero: vnus erat ex discumbentibus cum eo.
 . Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pisti-
 . cæ, preciosi: & unxit pedes IHESV, & extersit

- pedes eius capillis suis. & domus: impleta est ex
 • odore vnguenti. Eadē quidē: ex loco, tēpore, vnguenti materia, & cōsequētibus. Ex loco & tēpore. nā in Bethania: & paucis āte dominicā passio-
 • nē diebus. Inquit enī Ioānes. Ante sex dies venit
 • IHESVS ī Bethaniā. Ac biduo āte passionē cele-
 • bratū est hoc cōuiuū: ex Matthēo. Scītis (īquit)
 • quia post biduū pascha fiet: & filius hominis tra-
 • detur vt crucifigatur. Nēmō ex Marco. Erat autē
 • (īquit) pascha, & azyma post biduū. Ex vnguenti
 • materia. siquidē nardo pistica: id est vera, minimeq; adulterina, sed probata & electa. Ex conse-
 • quētibus. nā Matthæus Marcus & Ioānes scri-
 • bunt: continuo super effusione vnguenti aliquot
 • discipulorum indignatos. Matthæus quidē: hoc
 • pacto. Videntes autem discipuli, indignati sunt:
 • dicentes, ad quid perditio hęc? potuit enim istud
 • vānundari multo: & dari pauperibus. Marcus
 • autem: sic. Erant autem quidam indigne ferētes
 • intra semetipsos: & dicētes, ad quid perditio ista
 • vnguenti facta est? poterat enim vnguentum istud
 • venūdari plusq; trecētis denarijs: & dari paupe-
 • ribus. Ioannes vero: hoc modo. Dixit ergo vnus
 • ex discipulis eius, Iudas Ischariotis: qui erat eū
 • traditurus. Quare hoc vnguentum nō vāniūt tre-
 • centis denarijs: & datū est pauperibus? Et apud
 • omnes, Matthæum, Marcum, & Ioannem: mu-
 • lier eo facto irreprehensibilis, aduersus calum-

niatores, dominū habuit defensorē. Quibus fit
 vt ea quā hic Matthæus & Marcus nomine cō
 muni mulierē solū vocāt, & Ioānes proprio Ma
 riā: vna eadēq; sit. Verū hāc Mariā, Marthę so
 rorē fuisse: idē Ioannes aperuit paulo ante in su
 scitatione Lazari, dicens. Erat autē quidā lan
 guēs: Lazarus a Bethania, de castello Mariæ &
 Marthæ sororis eius (eius scilicet Marthę, nam
 eius id est αὐτῆς: foemininum est) Maria autē
 erat: quę vnxit dominū vnguēto, & extersit pe
 des eius capillis suis, cuius frater Lazarus infir
 mabatur. Quin & eādē recte dici Magdalenā:
 satis insinuat, cum dicit, de castello Mariæ, &
 Marthæ sororis eius. nā Magdalū: castellū, ar
 cē, turriq; designat. perindeq; sonat Maria Ma
 gdalena: atq; Maria a castello siue a turre. Neq;
 hic referat: ἡ κώμη, pagū & castellū interpre
 tari soleant. nā & nobilissime illi foeminæ foro
 ri Marthæ, pyrgus esse potuit in Iudæa: a quo,
 q; ibi aut nata sit aut educata, id sibi cognomen
 tū, Magdalenā cōtraxerit. Hęc ergo soror Mar
 thæ: proculdubio Maria Magdalena existit.

4. ¶ Verū illa quoq; de qua dominus septē eiecit
 dæmonia: Maria Magdalena apud Marcū, &
 Lucā, & Ioannē aperte nominatur. Sic enī Mar
 cus. Surgēs autē mane prima sabbati: apparuit
 primo Mariæ Magdalene, de qua eiecerat se
 ptem dæmonia. Sic Lucas. Et factū est deinceps:

Ioannes

11

Marcus

16

Lucas

27. 8.

Ioannes
20

• & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum dei, et duodecim cum illo, & mulieres ^{aliquæ} reliquæ quæ erant curatæ a spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene de qua septē dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chuzę procuratoris Herodis. Sic & Ioānes. Vna autem sabbati, Maria Magdalene venit mane, cū adhuc tenebrę essent ad monumentum: & vidit lapidem sublatum a monumēto. Et rursus de eadem. Venit Maria Magdalene nunciāns discipulis quia vidi dominum: & hæc dixit mihi, de eadem inquam Maria Magdalena: ex qua septē eiecta sunt dæmonia. nã ea fuit: quæ primo nunciāuit. Illa (inquit

Marcus
5

Marcus) vadens: nūciāuit ijs qui cum eo fuerāt, lugentibus & flentibus, & illi audientes quia viueret, & vifus esset ab ea: nō crediderūt. ¶ Nunc autem & aliā insuper ab hac esse Mariam Magdalenam: ostendamus oportet. id quod facile fiet: si euāgeliorum seriem, quæ scriptura est spiritus & veritatis, diligenter consideremus. Dicit

Matthæus
28

enim Matthęus. Vespere autē sabbati quæ luce scit in prima sabbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulchrū, & ecce: terræ motus factus est magnus, angelus enim domini: descendit de cœlo, Et subdit. Respōdens autem angelus, dixit mulieribus: nolite timere vos. Scio enim: q̄ IHESVM qui crucifixus est, queritis, nō

. est hic. surrexit enim: sicut dixit. Venite: & videte
 . locum, vbi positus erat dominus. & cito euntes,
 . dicite discipulis eius, quia surrexit: & ecce præce-
 . det vos in Galilæam. ibi eum videbitis. ecce: præ-
 . dixi vobis. Et exierunt cito de monumento, cum
 timore & gaudio magno: currêtes nunciare disci-
 pulis eius. Ecce Maria Magdalena: quæ vidit se-
 pulchrum (domino iam suscitato) admonita ab
 angelo. & quæ credens dominum surrexisse: ter-
 rita licet, gaudens tamê, currit vt nunciet discipu-
 lis. Et de eadem: scribit Marcus. Et cum trāsisset Marcus
 . sabbatum: Maria Magdalene & Maria Iacobi 16
 . & Salome emerunt aromata, vt venientes vnge-
 . rent IHESVM. & valde mane vna sabbatorum:
 . veniunt ad monumentum, orto iam sole. & dice-
 . bāt adinuicem: quis reuoluet nobis lapidem ab
 . ostio monumētī? Et respicientes: viderunt reuo-
 . lutum lapidē. erat quippe: magnus valde. & in-
 . troeuntes in monumentum: viderunt iuuenē, se-
 . dentem in dextris, coopertum stola candida, &
 . obstupuerūt, qui dixit illis: nolite expauescere.
 . IHESVM queritis Nazarenum, crucifixū: surre-
 . xit, nō est hic. ecce locus: vbi posuerunt eum. sed
 . ite, dicite discipulis eius & Petro: quia præcedet
 . vos in Galilæā. ibi eum videbitis: sicut dixit vo-
 . bis. At illæ exeuntes: fugerunt de monumento.
 . iuaferat enī eas tremor & pavor: & nemini quic-
 . quā dixerunt. Ecce similiter Maria Magdalena

Marcus
16

de qua supra factus est sermo. Et quod adiecit
 • Marcus (Inuaserat enī eas tremor & pavor : &
 • nemini quicq̃ dixerunt) intellige: nihil respōde-
 runt angelo, nec tunc inter se quicq̃ locute sunt,
 non autē postea, sedato timore. nam dixerūt di-

Lucas
24

scipulis: vt Matthæus testatur, & subinde Lucas
 • dicens. Vna autem sabbati valde diluculo: vene-
 • runt ad monumentum, portantes quæ paraue-
 • rant aromata. & inuenerunt lapidem reuolutum
 • a monumento: & ingressæ, non inuenerūt corpus
 • domini IHESV. & factum est dum mente cōster-
 • natae essent de isto: ecce duo viri steterūt secus il-
 • las in veste fulgenti. cum timerent autem, & de-
 • clinarēt vultum in terrā: dixerūt ad illas. Quid
 • queritis viuētem cū mortuis? non est hic: sed sur-
 • rexit. Et subdit. Et egressæ a monumento: nun-
 • ciauerūt hæc omnia illis vndecim, & ceteris om-
 • nibus. erat autem Maria Magdalene, & Ioāna,
 • & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cū eis erāt: quæ
 • dicebant ad apostolos hæc. Nec solū nunciaue-
 runt apostolis: sed & ex Matthæo, domini occur-
 rentis eis in via, sacros amplexatae sunt pedes, sic
 • de eisdem inquitente, Et exierunt cito de monu-
 • mento, cum timore & gaudio magno: currentes
 • nunciare discipulis eius. & ecce: IHESVS occur-
 • rit illis, dicens. Auete. illæ vero accesserunt: & te-
 • nuerūt pedes eius, & adorauerūt eū. tūc ait illis
 • • IHESVS, nolite timere. ite: nūciate fratribus meis

Matthæus
28

• vt eāt in Galilæā. ibi me videbūt. ¶ Neq̄ quicq̄
 obturbet, q̄ Lucas ponit duos āgelos, Matthæ-
 us autem & Marcus vnus mētionem faciunt: cū
 vnus, multitudinem nō excludat. Nam & vnus
 erat qui eas allocutus est: & qui incomitatus ad
 tantum sacramētum nunciandum minime vene-
 rat. Verum Matthæus & Marcus, de loquente
 solum meminerunt: Lucas autem & Ioannes, de
 loquente pariter atq̄ comitante. Et cum ait Lu-
 cas dixerunt, & Ioannes dicunt: nolunt vtrumq̄
 simul locutum, & alterutrū alterius interturbasse
 sermonem, aut alterum postea eundem resum-
 psisse, sed designāt ipsos ad id mysterij, diuina le-
 gatione missos. Nam cum principis cuiuspiam
 legatorū vnus, non quidē incomitatus, sed solus
 locutus sit: dicere solent, dixerūt legati p̄cipis.
 Pari modo: & cum, scandēte domino in coelum,
 scribitur (Cumq̄ intuerentur in coelum euntem
 illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vesti-
 bus albis, qui & dixerunt, Viri Galilei: quid sta-
 tis aspicientes in coelum: hic IHESVS qui assum-
 ptus est a vobis in coelū: sic veniet, quēadmodū
 vidistis eum euntē in coelū) vnus, vicem duorū
 loquendo impleuisse intelligatur. Hæc igitur
 quæ supra allata sunt, de ea quæ comitata inui-
 sit sepulchrum: de vna eademq̄ Maria Magda-
 lena dicuntur. ¶ Sed age & aliā esse Mariā Ma-
 gdalenam ab illa a qua septem eiecta sunt demo

Acta

I

nia : euangelij testimonio , cui sensum hominis
 quisquis is sit, preferre, nefas & impiū, nunc mō-
 strems. Nam Marcus vbi de paulo ante dicta
 Maria Magdalena mentionem fecit, cōtinuo de
 altera Maria Magdalena subnectit sermonem,
 cui ad discretionē prioris, adijcere videtur, de qua
 dominus septem eiecerat dæmonia, quasi dicat
 non de illa Maria Magdalena priore, sed de ea
 Maria Magdalena a qua dominus septem eiece-
 rat dæmonia. Eius verba sunt hæc . Surgens au-
 tem IHESVS mane prima sabbati: apparuit pri-
 mo Mariæ Magdalene de qua eiecerat septem
 dæmonia. illa vadens: nunciauit ijs qui cum eo
 fuerant, lugentibus & flentibus. & illi audientes
 quia viueret, & visus esset ab ea: non crediderūt.
 Et de hac ipsa: dicit Ioannes. Vna autem sabba-
 ti, Maria Magdalene venit mane cum adhuc te-
 nebrę essent, ad monumentum: & vidit lapidem
 sublatum a monumento. Subditq;. Maria autē:
 stabat ad monumentum, foris plorās. dum ergo
 fleret: inclinauit se, & prospexit in monumentū,
 & vidit duos angelos sedentes, vnum ad caput,
 & vnū ad pedes, vbi positum fuerat corpus IHE-
 SV. dicunt ei: illi. mulier: quid ploras? Dicit eis.
 Quia tulerūt dominum meum: & nescio vbi po-
 fuerunt eum. Hæc cum dixisset: conuersa est re-
 trorsum, & vidit IHESVM stantem, & non scie-
 bat quia IHESVS est. Dicit ei IHESVS. Mulier:

Marcus
 16

Ioannes
 20

• quid ploras? quæ queris? Illa existimās quæ orto-
 • lanus esset: dicit ei. Domine: si tu sustulisti eū, di-
 • cito mihi vbi posuisti eū, & ego eū tollā. Dicit ei
 • IHESVS. Maria. Cōuersa illa: dicit ei. Rabboni,
 • quod dicitur magister. Dicit ei: IHESVS. noli me
 • tangere. Ecce hæc Maria Magdalena, sola erat:
 • altera Maria Magdalena, multis comitata. nā si
 • hæc sola nō fuisset: & alijs quoq; dominus simul
 • apparuisset, aut certe apparitio ea, illas minime
 • latuisset. at primo huic dominum apparuisse: sa-
 • cra narrat historia. Altera: cū suis territa fugit.
 • Hæc: minime. Huic: dominus apparuit in orto
 • iuxta sepulchrū. Alteri & comitibus eius: in via,
 • dū irēt ad discipulos. Illa comitesq; eius cū erāt
 • apud sepulchrum, nimio metu astrictæ: nemini
 • quicq; dixerunt. Hæc: & angelos, & dominū vi-
 • tē alloquitur. Altera & comites (vt ex Mattheo
 • visum est) tangūt, tenētq; sacros domini pedes.
 • Hæc: ex Ioanne, dominū tāgere prohibetur. &
 • quid etiam tangere: nisi certe sacros eius pedes?
 • Certum est igitur aliam esse Mariam Magda-
 • lenam quæ comitata venit, cui dominus ad sepul-
 • chrū nō apparuit, quæ nihil ausa est loqui, quæ
 • territa fugit, quæ primum in via dominum vidit
 • & pedes eius tenuit, quæ cū socijs nunciauit di-
 • scipulis: ab ea Maria Magdalena quæ sola ad
 • sepulchrū venit; cui primo dominus iuxta sepul-
 • chrum apparuit, quæ audenter inibi locuta est,

quæ neq; territa fugit, neq; dominū vitæ in via, sed in orto vidit, & nequaquã eius pedes tenuit. ¶ Et ne solus sententiæ huius assertor videar esse: accedat idem sentiens sacer Ambrosius, sic in Lucam de resurrectione domini scribens.

Ambrosius • Nescit vna Maria Magdalene, secundū Ioan-
 • nē: scit altera Maria Magdalene, secundū Mat-
 • thæum. nam eadem: antescire, & postea nescire
 • nō potuit. Ergo si plures Mariæ: plures fortasse
 • Magdalene, cum illud, personæ nomen sit: hoc,
 • locorum. Deniq;: alterā esse cognosce. Illa: ad-
 • mittitur pedes domini tenere, tãgere dominum,
 • ista: prohibetur. Illa: angelum videre meruit.
 • hæc: primo cum venit, neminem vidit. Illa: disci-
 • pulis dominum surrexisse nunciauit. ista: rap-
 • ptū esse significat. Illa: gaudet, hæc: plorat. Illi:
 • in gloria sua iã CHRISTVS occurrit, hæc: adhuc
 • mortuum quærit. Illa: dominum vidit & agno-
 • uit. hæc: nō potuit agnoscere cū videret. Illa: fi-
 • deli adorabat spiritu. hæc: dubio mœstificabatur
 • affectu. Haftenus, sacer Ambrosius. Vides igi-
 • tur: tam ex sententiâ aliorum q̃ ex ipso euange-
 • lio sumptū, diuersitatis inter hanc & illam irre-
 • fragabile testimonium: alioqui si tantum vnā
 • esse sentias, vt & Iulianus apostata, Porphyri-
 • us, & alia aduersantiū euāgelio insana turba vo-
 • luissent: difficile effugias euāgeliorū diaphoniā,
 • q̃ profecto, nulla esse potest. Quare si duæ sint,

vt reuera sunt: equum fuerit, vnam Mariam Ma-
 gdalenam sororem esse Marthæ, & alteram Ma-
 riam Magdalenam eam a qua dominus septem
 7 eiecit dæmonia. ¶ Cæterum Mariam Marthæ
 sororem non fuisse mulierem illam in ciuitate Pec-
 catricem quæ ad pedes IHESV suorum veniam
 peccatorum obtinuit: maiores nostri (mea qui-
 dem sententia) rectissime sensere. Neque ego solus
 nobilem illam, natalibusque illustrem Marthæ sororem,
 ab hac iniuria vindico, quod sordida fuerit in ciui-
 tate Peccatrix: sed & a primitiua ecclesia sic cre-
 ditum puto. nam & hanc, venerandam, sanctam,
 & inculpata[m] fuisse, talemque semper habitam,
 & nequaquam publicam in ciuitate Peccatricem:
 scribit Origenes, Omilia prima super Canti-
 cum canticorum, sic dicens. In euangelio quoque
 mulier accipiens alabastrum vnguenti nardi pi-
 sticæ, preciosi: caput IHESV pedesque perfudit.
 observa (inquit) quæ de duabus super caput ef-
 fuderit saluatoris. siquidem Peccatrix, super pedes:
 & ea quæ dicitur non fuisse Peccatrix, super ca-
 put eius fuisse monstratur. Item secunda O-
 milia, haud ita procul ab initio: idem sic scribit.
 Nardus mea: dedit odorem suum. Loquitur euā-
 geliū, quia venit mulier habens alabastrum vn-
 guenti nardi pisticæ, preciosi: non illa Peccatrix:
 sed sancta, de qua nunc mihi sermo. Scio quippe
 Lucā, de Peccatrice: Matthæum vero & Ioannē &
 B. ij.

Origenes

• Marcum , non de Peccatrice dixisse. Venit er =
 • go: non Peccatrix illa, sed sancta, cuius nomen
 • quoq; Ioannes inseruit. Maria quippe erat ha =
 • bens alabastrum vnguenti nardi pisticæ, precio =
 • si: & effudit super caput IHESV. Hactenus Ori =
 • genes. At certum iam est, eam quæ ex Mattheo
 • & Marco effudit vnguentum super caput IHE =
 • SV, & ex Ioanne etiam super pedes eius, in do =
 • mo Simonis leprosi: fuisse Mariam Magdale =
 • nam sororem Marthæ. Ergo Maria Marthæ
 • soror: non erat illa in ciuitate Peccatrix. ¶ Cui
 • etiã sententiæ, Chrysostronus acclamat: sorore =
 • Marthæ sanctam fuisse asserens, super id Ioan =
 • nis. Erat quidam languens Lazarus a Betha =
 • nia de castello Mariæ, & Marthæ sororis eius.
 • Maria autem erat: quæ vnxit dominum vnguen =
 • to. Maria quæ vnxit dominum vnguento: hoc
 • in loco (inquit) nonnulli dubitarunt, cur CHRI =
 • STVS id tolerasset. Ad quod id primum intel =
 • ligendum: non fuisse hanc, Peccatricem illam de
 • qua apud Lucã scribitur, sed aliã. Illa: meretrix
 • & infamis erat. Hæc: honesta & studiosa, quip =
 • pe quæ CHRISTVM hospitio accipere curabat:
 • eumq; cum sorore diligebat. Hæc Chrysosto =
 • mus. ¶ Consimilem habet Hieronymus sen =
 • tentiam: id Matthæi, Accessit ad eum mulier
 • habens alabastrum vnguenti preciosi: & effu =
 • dit super caput ipsius recumbentis, exponens.

Chrysostronus

• Nemo putet (inquit) eādem esse: quę super ca- Hieronymus
 • put effudit vnguentum, & quę super pedes. hæc
 • enim : & lachrymīs lauat & crine tergit, & ma-
 • nifeste meretrix appellatur. de illa autem : nihil
 • tale scriptum est. Hæc Hieronymus. Perspicuū
 • igitur est, ex sacrorum doctorum sententiā: Ma-
 • riam Magdalenā Marthæ sororē, & Peccatricē
 • illā, non vnā eandemq; , sed alteram & alteram
 • esse. ¶ Quod etiam: ex euangelio facile intelligi
 • potest, nam vbi Lucas cap. septimo de peccatrice
 • dixit, Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix: Lucas 11
 • vt cognouit q̄ IHESVS accubuīt in domo pha- 7
 • risæi, attulit alabastrū vnguētī, & stās retro secus
 • pedes eius, lachrymīs cœpīt rigare pedes eius,
 • & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pe-
 • des eius, & vnguento vngebat: subinde cap. deci- Lucas
 • mo, de sorore Marthæ dicit. Factū est autē dum 10
 • irēt: & ipse intrauit in quoddā castellū, & mulier
 • quædam Martha nomine excepit illum: in do-
 • mum suam. & huic erat soror nomine Maria :
 • quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat
 • verbum illius. Vides ne quomodo tanq̄ non de
 • priore loquens, adiecit: & huic erat soror nomine
 • Maria: nā si fuisset mulier illa peccatrix: memor
 • priorum, insinuare poterat eam ipsam fuisse, &
 • q̄ vnixerat pedes domini. At nihil tale fecit: sed
 • vt de prorsus alia loquutus est. Nosse autē oportet,
 • castellū hoc: Magdalō illud fuisse, vnde Ma
 B. iij.

ria soror Marthæ, ad differentiam aliarum, Magdalene cognomentum sortita est. Plures enim illa tēpestate erant: quę nomine, Maria dicebantur. Ac eo quidem insignius atq; iustius dici poterat Magdalena: q̄ etiā domina esset loci, unde nomenclaturam sibi vendicauit. id quod testari videtur Ioannes: cum ait. Erat autem quidā languens Lazarus a Bethania: de castello Marię, & Marthę sororis eius. vbi insinuat: dominiū Marię et Marthę, fuisse Bethaniam, id est castellū in quo dominus a Martha et sorore eius, honorifico susceptus est hospitio. Et vt exactius intelligas, eas præclaræ, honorificæq; famæ fuisse: audi Ioannem sic scribentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadijs quindécim. multi autem ex Iudæis venerāt ad Marthā et Mariam: vt consolarentur eas de fratre suo. Et rursus, de Maria, quę admonēte pia sorore Martha, surrexit vt veniret ad mundi redēptorē. Iudæi ergo qui erāt in domo, & cōsolabātur eam: cum vidissent Mariam quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam, dicentes, quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Hęc Ioannes de Maria & Martha nequaquam dixisset: nisi insignis & inculpati nominis fuissent, neq; tā multi venissent, neq; ei quæ notata fuisset tam diligenter assurrexissent, tam honorifice assistissent, tam officiose comites sese prestitissent. Qui ergo

Ioannes

II

Ioannes

II

euangelij energiam non ignorat : minime suspi-
 cari debet Mariam Magdalenam Marthæ foro-
 rem, aliquando fuisse illam in ciuitate peccatri-
 cem, & famosæ notæ mulierē. Non igitur eadē
 erit : mulier illa in ciuitate peccatrix, & Maria
 9 Magdalena Marthæ soror. ¶ Sed & nunc dis-
 cutiamus oportet : an ne forte mulier illa in ciui-
 tate peccatrix, sit ea Maria Magdalena de qua
 dominus septem eiecit dæmonia. quandoqui-
 dem Mariam Magdalenam Marthæ sororem:
 neq; hanc olim dæmoniacam, neq; illam pecca-
 tricem fuisse, iam ostensum est. Quamq; sat scio,
 continuo manifestum esse ijsce qui nonnihil ha-
 bent iudicij, atq; probe sentiunt: publicam illam
 peccatricem non fuisse Mariam eam a qua,
 CHRISTI virtute, septē deturbata sunt dæmonia.
 Nam perridiculum fuerit : si quis dicat mulierē
 dæmoniaco furore percitam, terrificam, & cuius-
 bet spectanti horrificam, etiam si vno solo possi-
 deatur dæmonio, quanto magis si septem, esse
 publicā in ciuitate peccatricē. Quis enī tā perdi-
 te mulierosus est, qui cū ea quę vel vno cruciatur
 dæmonio, cōgredi vellet? Præterea, est ne id dæ-
 moniacę argumētū: afferre alabastrū, lachryma-
 ri, osculari pedes, agnoscere peccata, poenitere,
 amare toto corde monita æternę vitę præbētem?
 Nūq; certe de dæmoniacis q̄ diu essent eiusmodi:
 talia, aut prædicata, aut auditā fuere. quæ tamē

Lucas

7

• de hac peccatrice leguntur. Stans (inquit Lucas)
 • retro, secus pedes eius: lachrymis coepit rigare
 • pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & oscu-
 • labatur pedes eius, & unguento ungebat. Et
 • rursus. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniam
 • dilexit multum. Et cum idem de hac, cap. septimo
 • locutus esset: mox cap. octavo de alia que fuerat

Lucas

8

• meminit. Et factum est deinceps: & ipse iter fa-
 • ciebat per ciuitates & castella, predicans & eu-
 • gelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulie-
 • res aliquae que erant curate a spiritibus malignis
 • & infirmitatibus, Maria que vocatur Magda-
 • lene de qua septem demonia exierant, & Ioan-
 • na vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Su-
 • fanna, & aliae multe, que ministrabant ei de fa-
 • cultatibus suis. Vides ne ergo hanc curatam a
 • malignis spiritibus: illi vero peccata dimissa:
 • quandoquidem exagitari demonio: morbus
 • est, non peccatum. Et proinde de hac & socijs

Lucas

8

7

• eius ait Lucas. Que erant curate a spiritibus ma-
 • lignis & infirmitatibus, de illa vero. Dimissa
 • sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.
 • Nomen huius posuit: illius vero, Peccatricis in-
 • qua, suppressit. & hoc, ut mea fert opinio, ne ei
 • apud posteros sub suo nomine, illa inureretur
 • infamia. ¶ At inquit. potest dominus eidem pec-
 • cata condonasse: & malignos spiritus abiecisse.

10

Certe omnia potest dominus : quē & ego quīdem credo ab hac Maria Magdalena, et spiritus malignos abiēcisse, & eī peccata, si quæ habuit, dimisisse. ab hac inquā: quā satis constat non modo ex contextu euangelij Lucæ fuisse Galilæam, sed etiā ex Matthei dicentis. Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant IHESVM a Galilæa, ministrantes ei. inter quas : erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi. De quibus etiā Marcus ait. Et cū esset in Galilæa: sequebantur eum, & ministrabant ei. Sed & dominum in Galilæa multos a spiritibus immundis liberasse cū esset in domo Petri, quæ quidē erat in Bethsaïda : testatur Matthæus. Vespere autem (inquit) facto : obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo. & omnes male habētes curauit: vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit: & egrotationes nostras portauit. Et quod eius rei fidē adauget: haud procul a Bethsaïda, ad oram maris Tyberiadis, Magdalō situm est, vnde et hanc quæ a dæmonijs curata fuit, dictā Magdalenā, putare haud sine ratione quispiā possit. Hoc autē vel ex Chorographijs, cuius inquirere volētī: facillime patet. Hanc igitur fuisse Galilæam: dubium nō est. Vnde rursus apertius constat: non fuisse, eam Mariam quæ

Matthæus

27

Marcus

16

Matthæus

8

erat soror Marthæ. nã Lazarus, Mariã et Martha sorores eius, ex Iudæa erant, nō ex Galilæa. Quod vel aperte Ioãnes insinuat : cum de domino volenti venire ad Lazari suscitationẽ, dicit.

Ioannes

11

• Dicebat enĩ discipulis suis. Eamus in Iudæam
 • iterum. Dicunt ei, discipuli. Rabi, nunc quere-
 • bant te Iudæi lapidare : et iterum vadis illuc.
 • Et rursus. Venit IHESVS : et inuenit eum, qua-
 • tuor dies iam in monumento habentẽ : erat au-
 • tem Bethania iuxta Hierosolymam : quasi sta-
 • dijs quindecim. Hæc itaq; Mariã Magdalena id
 • est soror Marthę : ex Iudæa erat, non ex Galilæa. atq; ab altero Magdalo : Magdalene nomẽ
 • accepit. Præterea in reditu e Samaria : Marthã
 • dominum in domum suam hospitio suscepisse,
 • ostendit Lucas. Samaria autem : Galilæam &
 • Iudæã interiacet. id quod ex Topographis fa-
 • cile agnosces. Vnde fit vt castellum Marię Ma-
 • gdalene : non ex parte Galilææ, sed Iudææ sit.

Lucas

10

• Nã & Lucas, ad hũc scribit modũ. Misit nũci-
 • os ante cõspectum suũ : & euntes intrauerũt in
 • ciuitatem Samaritanorũ, vt pararent illi. & nō
 • receperunt eum : quia facies eius erat euntis in
 • Hierusalẽ. Et postea addit. Et abierũt in aliud
 • castellum. Mox infra subiungit. Factũ est autẽ
 • dum irent : & ipse intrauit in quoddam castellũ.
 • et mulier quẽdam Martha nomine : excepit illũ
 • in domũ suam. et huic erat soror : nomine Ma-

ria . Quod si diligenter attendas : castellum illud ex Ioanne , erat Bethania , quæ eiusdem testimonio quindecim ferme stadijs distat ab Hierosolymis . Nã sic Ioannes loquitur de Martha . Ioannes
 • Et cum hæc dixisset: abiit, & vocauit Mariã sororẽ suam silentio, dicens . Magister adest: & vocat te . Illa vt audiuit: surrexit cito, & venit ad eũ . II
 • Nõdum enĩ venerat IHESVS in castellũ: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha . Ecce castellum Mariæ et Marthæ, Bethania: vbi & mortuus erat Lazarus . Quare & Maria , & Martha, & Lazarus: Iudæi, non Galilei erant .
 1 ¶ Sed ad eam quę non Iudea, sed Galilæa erat: reuertamur . Esto igitur illa Maria Magdalena Galilæa, & a spiritibus immundis sanata sit, & simul illi peccata, si quę habuit, dimissa sint: nullo tamen modo iuste fiet, vt fuerit illa in ciuitate publica insignisq; peccatrix, quę ad pedes IHESVS, qui summe misericors est, peccatorum veniam obtinuit . Nam aut ei ante quã obsessa esset: dimissa sunt, id quod: nullo pacto verisimile est, cum tunc sanctificatum vas Christi facta sit: nõ Belial, Christum amãs plurimum: non Belial, sed ipsum fallaciasq; eius exosa quibus ante corruerat, & eam etiam: dominus remiserit in pace . Sed quomodo in pace ouis remitteretur: quæ in fauces luporum incideret ? Id igitur sentire: perabsurdum est, Aut post, atquĩ minus verifi-

mīle est eam postea quā curata fuit a spīritibus
 immundis publicā illam peccatricē fuisse. Quī
 enim fieri potuisset vt nō timuisset: per peccatum
 in tam horrēdas fauces incidere, quas iam tanq̄
 ouis ab ore seuientium luporū excussa, misericor-
 dia saluatoris in terra regnantis, ^{euasisset} euaserat? Qz si
 etiā ipsa non horruisset peccare: horuissent ta-
 men vniuersi, qui dæmoniācam prius fuisse intel-
 lexissent, cum ea peccare velle. Ad hęc pastor il-
 le bonus, imo superbonus: nō eā solū ^{eripuerat} eripuerat,
 sed et ab omni vulnere ^{liberauerat} liberauerat. Nequaquā certe ita
 derelicta a domino fuit: vt sanata/deterius po-
 stea egrotaret imemor omnis suscepti beneficii.
 immo: quoad potuit, referendæ gratiæ (referre
 enī: pro dignitate nemo potest) studuit. Et pro-
 inde iuxta euāgelium, vitæ sequebatur auctore:
 et de facultatibus suis ministrabat ei, qui prouid-
 det omni creaturæ. Præterea cur quæ faculta-
 tes tantas habebat, vt etiam domino & discipu-
 lis ministrare posset: ad stipem male ac perditē
 emerēdā, meretricata fuisset? Nō igitur hęc Ma-
 ria Magdalene: Galilæa publica illa fuit in ciui-
 tate peccatrix. Et tanto minus illa nobilissima
 Marthę soror Maria: q̄ turre, pagos, & castel-
 la habebat. ¶ Tres ergo sunt: Mulier illa oli fa- 12
 mosa in ciuitate peccatrix, sed misericordia salua-
 toris nunc sancta, & Maria Magdalena soror
 Marthę, & Maria Magdalena a qua dominus

septē eiecit dæmonia. Peccatricis nomen: ex euāgelio, & scriptoribus, ignoratur. Nec id ab re factum est, nemo enim sanæ mentis, nomen quod Euāgelista ad propriam modestiam, & ad peccatricis obtegendam verecundiam suppressit, & disquirere debeat. Et a quo item nosci potuit: nisi prodente Euangelista? Sororis Marthæ cognoscitur nomen: & ex euangelio, & ex auctoribus, est enim Maria, & a dominio cognomentū, Magdalena. Et liberatæ a dæmonijs: nomen similiter Maria, & a loco cognomentū Magdalenæ. Porro Peccatrix: ex euangelij contextu, conuenitur fuisse ex Galilæa. Et similiter, Magdalenæ illa quæ a spiritibus immundis liberata fuit. At Maria Marthæ soror: ex Iudæa. Sed age nunc ex ijs quæ de his in euangelijs dicta sunt, epilogum colligamus: vt quasi ad manum habeatur, quid cuiq; tribui debeat, & de qua earum, quodq; euangelij dictū intelligendum sit, a Matthæo exordientes.

13. ¶ MATTHÆVS. Cū autē esset IHESVS in domo Simonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi, & effudit per caput ipsius recubētis. Hoc: de Maria Magdalena sorore Marthæ, dictū est. ¶ Et rursus. Erant autē ibi mulieres multe, quæ sequūtæ erant IHESVM a Galilæa, ministrātes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph

E Matthews

26 a

27 f

27 g

28 a

- mater, & mater filiorū Zebedæi. Hoc: de Ma-
 • ria Magdalena, quæ fuit a spīritibus immundis
 • liberata. ¶ Item. Et accepto corpore: Ioseph in-
 • uoluit illud in sīdone munda, & posuit illud
 • in monumēto suo nouo quod exciderat in petra.
 • & aduoluit saxum magnum ad ostium monu-
 • menti: & abiit. Erant autem ibi Maria Magda-
 • lene, & altera Maria: sedentes cōtra sepulchrū.
 • Hoc de Maria Magdalena Marthæ sorore: cū
 • absolute dicatur, apte intelligi potest. quamquā
 • parum refert: de hac, an de illa quæ Galilæa fu-
 • it, intelligatur. ¶ Item. Vespere autem sabbati
 • quæ lucefcit in prima sabbati: venit Maria Ma-
 • gdalene, & altera Maria, videre sepulchrum.
 • & ecce: terrę motus factus est magnus, angelus
 • enim domini, descendit de cœlo: & accedens re-
 • uoluit lapidem, & sedebat super eum. Et sub-
 • ditur. Respondens autē angelus: dixit mulierib-
 • bus. Nolite timere: vos scio enī q̄ IHESVM qui
 • crucifixus est, quæritis: nō est hic. surrexit enim
 • sicut dixit. venite: & videte locū ubi positus erat
 • dominus. & cito eūtes: dicite discipulis eius, quia
 • surrexit, & ecce præcedet vos in Galilæam. ibi
 • eū videbitis. ecce: prædixi vobis. Hoc: de Ma-
 • ria Magdalena sorore Marthæ, dictum est.
 • ¶ Sed forte tibi scrupus obrepet: videbiturq̄ po-
 • tius de ea q̄ erat e Galilæa itelligi debere, præser-
 • tim cum hic dicatur, Ecce præcedet vos in Ga-

- lilæã. ¶ At nosse oportet: id. Præcedet vos in Galilæã, nō de mulieribus, sed de discipulis dici. Inquit enim angelus. Cito euntes: dicite discipulis eius quia surrexit. & ecce: præcedet vos (vos inquam discipulos) in Galilæam, ibi eum videbitis. vos scilicet discipuli. Nam dominus, vt ex Marco habetur, discipulis, non mulieribus, id pollicitus fuerat. sic enī apud Marcū dominus loquitur discipulis. Omnes scandalizabimini in ista nocte: quia scriptum est. Percutiam pastorem: & dispergentur oves gregis. sed postea quā surrexero: præcedam vos in Galilæam. Id igitur: angelus mandabat mulieribus, discipulis nunciandū. Quod & adhuc apertius: ex verbis eiusdem domini cognoscitur, euntibus occurrentis ac dicentis. Nolite timere. ite: nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbūt. Et rursus: in calce euangelij Matthei. Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat eis dominus: & videntes eū adorauerūt eū. Palam itaq; est: hoc, argumento esse non posse, q̄ illud de Maria Magdalena, quæ erat ex Galilæa, dictum sit.
- MARCVS. Et cum esset Bethanię, in domo Simonis leprosi, & recūberet: venit mulier habens alabastrū vnguenti nardi pisticę, preciosi. & fracto alabaastro: effudit super caput eius. Hoc de Maria Magdalena sorore Marthę. ¶ Itē, Erāt

Marcus
14

Matthæus
28

Marcus
14 a
15 d
15 d
16 a
16 c

• autem mulieres de longe aspicientes : inter quas
 • erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi mino-
 • ris, & Ioseph mater, & Salome. & cum esset in
 • Galilæa: sequebatur eum, & ministrabant ei.
 Hoc: de Maria Magdalena a Galilæa. ¶ Itē.
 • Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph :
 • aspiciebant, ubi ponerent. De vtravis intelliga-
 tur: nihil parit dissonantiæ. ¶ Item. Et cum trās-
 • isset sabbatū: Maria Magdalene, & Maria Ia-
 • cobī, & Salome, emerunt aromata, vt venientes
 • ungerent IHESVM. & valde mane vna sabbato-
 • rum: veniunt ad monumentum, orto iam sole,
 & quæ sequuntur. Dicta: de Maria Magdale-
 • na sorore Marthæ. ¶ Itē. Surgēs IHESVS ma-
 • ne prima sabbati: apparuit primo Mariæ Ma-
 • gdalenæ, de qua eiecerat septē dæmonia. Hoc:
 de Maria Magdalena a Galilæa.

Lucas

7 f

8 a

10 g

14 a

• LUCAS. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate Pec-
 • catrix: vt cognouit q̄ IHESVS accubuit in domo
 • pharisæi, attulit alabastrū unguenti. & stans re-
 • tro, secus pedes eius: lachrymis cœpit rigare pe-
 • des eius, & capillis capitis sui tergebat, & oscu-
 • labatur pedes eius, & unguento ungebat. Hoc:
 aperte dictū est de famosa illa, & peccatrice in
 ciuitate muliere, cuius nomē (vt dictū est) igno-
 • ratur. ¶ Itē. Et factū est deinceps: & ipse iter fa-
 • ciebat per ciuitates & castella, prædicās & euā-
 • gelizans regnū dei. & duodecim cum illo: & mu-

Handwritten notes in a cursive script, likely a marginal gloss or commentary, written in dark ink on aged paper. The text is partially obscured by the main printed text and is difficult to decipher fully.

• lieres aliquæ quæ erant curate a spiritibus mali-
 • gnis, Maria quæ vocatur Magdalene de qua se-
 • ptem dæmonia exierant. Hoc: de Maria Ma-
 • gdalena a Galilæa. ¶ Item. Factum est autem
 • dum irent: & ipse intrauit in quoddam castellū.
 • & mulier quædam Martha nomine: excepit il-
 • lum in domum suam, & huic erat soror: nomine
 • Maria. Hoc aperte de Maria Magdalena sorore
 • Marthæ. Et hoc insuper: quod sequitur. Ma-
 • ria optimam partem elegit: quæ non auferetur
 • ab ea. ¶ Item. Erat autem Maria Magdalene,
 • & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum
 • eis erant: quæ dicebant ad apostolos hæc, & visa
 • sunt ante illos, sicut deliramēta, verba ista. Hoc:
 • de Maria Magdalena sorore Marthæ. Neq; il-
 • lud compugnat: q̄ erat in societate Galilæarum
 • sibi notarum, se enim mutuo: & agnoscebāt, &
 • amabant.

• ¶ IOANNES. Erat quidam languens Lazarus a
 • Bethania: de castello Mariæ & Marthæ sororis
 • eius. Maria autem erat quæ unxit dominum un-
 • guento: & extersit pedes eius capillis suis, cuius
 • frater Lazarus: infirmabatur. Hæc, & reliqua
 • quæ cap. vndecimo Ioānes de Maria narrat: de
 • Maria Magdalena sorore Marthæ manifeste di-
 • cta sunt. ¶ Item. Maria ergo accepit libram un-
 • guenti nardi p̄slicę, preciosi: & unxit pedes IHE-
 • SV, & extersit pedes eius: capillis suis, & domus

Ioannes	
11	a
12	a
19	e
20	a
20	c



Handwritten notes and signatures in a cursive script, including the word "Cij." and various illegible markings, located at the bottom right of the page.

• impleta est ex odore unguenti . Hoc : de Maria
 Magdalena Marthæ sorore, non de Peccatrice.
 • ¶ Item. Stabant autē iuxta crucem IHESV: ma-
 • ter eius , & soror matris eius Maria cleophæ, &
 • Maria Magdalene. Hoc: de sorore Marthæ di-
 • ci, cōsentaneum, illustris enim et sancta erat, dile-
 • ctrix IHESV & virginis matris , matris inq̄ eius
 • qui & paulo ante fratrem suū Lazarū suscitauerat.
 • Qui & ex Marco: aliæ mulieres, & Maria Ma-
 • gdalena a Galilæa, aspiciēbāt a longe, neq̄ erāt
 • cum Maria matre IHESV iuxta crucem, & tunc
 • quidem iuxta crucem : cum ad hoc verbum filij
 • sui, Mulier ecce filius tuus, suam ipsius animam
 • doloris pertransiuit gladius. ¶ Item. Vna autē
 • sabbati, venit Maria Magdalene, cum adhuc te-
 • nebræ essent ad monumētum : & vidit lapidem
 • sublatum a monumento, cucurrit ergo ad Simo-
 • nem Petrum, et alium discipulum quem amabat
 • IHESVS: & dicit illis, tulerunt dominū de mo-
 • numento: & nescio vbi posuerunt eum. Hoc: de
 • Maria Magdalena a Galilæa. ¶ Et rursus. Ma-
 • ria autem: Itabat ad monumētum, foris plorās,
 • & reliqua quę sequuntur. De eadem Maria Ma-
 • gdalena. Hactenus ex euāgelio epilogus. ¶ Sed
 • hic forsitan insurgent: qui difficile acquiescūt ve-
 • ro, & id ex quibusdam vulgo receptis, volentq̄
 • vnam eandemq̄ esse illam natura (vt autumo)
 • vere modestam ac verecūdā, sed necessitate pos-

1) lacrimis

14

Maria

20

1) Maria

1) Maria
 2) Maria
 3) Maria
 4) Maria
 5) Maria
 6) Maria
 7) Maria
 8) Maria
 9) Maria
 10) Maria
 11) Maria
 12) Maria
 13) Maria
 14) Maria
 15) Maria
 16) Maria
 17) Maria
 18) Maria
 19) Maria
 20) Maria
 21) Maria
 22) Maria
 23) Maria
 24) Maria
 25) Maria
 26) Maria
 27) Maria
 28) Maria
 29) Maria
 30) Maria
 31) Maria
 32) Maria
 33) Maria
 34) Maria
 35) Maria
 36) Maria
 37) Maria
 38) Maria
 39) Maria
 40) Maria
 41) Maria
 42) Maria
 43) Maria
 44) Maria
 45) Maria
 46) Maria
 47) Maria
 48) Maria
 49) Maria
 50) Maria
 51) Maria
 52) Maria
 53) Maria
 54) Maria
 55) Maria
 56) Maria
 57) Maria
 58) Maria
 59) Maria
 60) Maria
 61) Maria
 62) Maria
 63) Maria
 64) Maria
 65) Maria
 66) Maria
 67) Maria
 68) Maria
 69) Maria
 70) Maria
 71) Maria
 72) Maria
 73) Maria
 74) Maria
 75) Maria
 76) Maria
 77) Maria
 78) Maria
 79) Maria
 80) Maria
 81) Maria
 82) Maria
 83) Maria
 84) Maria
 85) Maria
 86) Maria
 87) Maria
 88) Maria
 89) Maria
 90) Maria
 91) Maria
 92) Maria
 93) Maria
 94) Maria
 95) Maria
 96) Maria
 97) Maria
 98) Maria
 99) Maria
 100) Maria

tius quā voluntate aut voluptate Peccatricem, & illam illustrem Mariam sororem Marthæ, & diuitem illam bonisq; affluentem Mariam Magdalenam a Galilæa, ouem quidem durissimis vnguibus rugientis leonis discerptam, & minime lasciuietem, quæ enim ouis faucibus lupi arctissime pressa: lasciuit vnq;? Atq; imprimis adducent: cōmunē totius vulgī opinionem, & Gregorium doctorem in Omilia super id euāgelij, Rogabat IHESVM quidam pharisæus: vt inādu caret cum illo, dicentē. Hanc vero quam Lucas Peccatricem mulierem, Ioannes Mariam nominauit: illam esse Mariā credimus, de qua Marcus, septem dæmonia eiecta fuisse testatur. Qui & eandē quoq; sententiā habet: in initio Omiliæ euāgelij, Maria stabat ad monumētū, foris plorās. Maria, inquit, Magdalene q̄ fuerat in ciuitate Peccatrix: amādo veritatē, lauit lachrymis, maculas criminis. Et infra. Nā postquā venit ad monumentū, ibiq; corpus dominicū nō inuenit: sublatū credidit, atq; discipulis nūciauit. Vna igitur eadēq; est: mulier i ciuitate Peccatrix, & quā Ioānes Mariā vocat quæ est Marthæ soror, & q̄ stabat ad monumētū, foris plorās, quæ est Maria Magdalena a qua dominus septē eiecerat dæmonia. alioqui: ecclesiæ cogere negare doctore.

¶ Paucis respōdere quis possit: illam vulgariam opinionem quā multi male docētes induxerūt,

Gregorius

} Ioanes
15

C.ij.

facile refutari posse. Neque populum tam iniquum auditorem esse: quin, si audiat super hac re decisam veritatem, vetusto errore abdicato, libenter quod verum sit amplectatur. Quod autem ad Gregorium pertinet, ingenue fateor: eum aliquando (nescio si semper) istius fuisse sententiae, mulierem in ciuitate Peccatricem et Marthae sororem, & eam a qua septem eiecta fuere daemonia, vnam eandemque fuisse.

¶ Et cum addis. Aut haec vnica erunt Maria Magdalena: aut cogaris ecclesiae negare doctorem. Ego par pari referam: & in te argumentum retorquebo. Aut haec plures erunt: aut ecclesiae doctores Hieronymum et Ambrosium negare cogaris. vt inter de Origene, Chrysostomo, et antiquis illis scriptoribus taceam: qui in hac omnes, pedibus iere sententiam, quod non vna, sed plures essent. Tu: mihi vnum ecclesiae doctorem opponis. ego: tibi plures, et etiam vetustiores, qui vt conformius euangelio, ita non absque ratione loquuti videntur. Neque est: vt quis suppetias ab Augustino petat, quia cum loquitur de Maria Marthae sorore: nihil asserit, sed sibi incertam & inexplorata proferre videtur sententiam, inquit. Ecce ipsa soror, si tamen ipsa est, quae pedes domini vnguento unxit, & terpsit capillis suis quos lauerat lacrymis: melius suscitata est, quam frater eius. Quae verba: non sunt asserentis, sed plane addubitan- tis. Quod si etiam asseruisset: non tamen plus illi deferendum fuisset quam maioribus suis, qui non minoris in

ecclesia erant auctoritatis. Adde insuper quod nullus seu euangelistarum, seu doctorum ecclesie, seu maiorum (quod sciam) illam Peccatricem unquam proprio ullo nomine nominauit, praeter quam Gregorius, illam vocans Mariam, & Mariam Magdalenam. Qui si interrogatus fuisset, a quonam e prioribus didicisset id nomen illi Peccatrici fuisse: mea quidem sententia (quod omnium bona gratia dixerim) plurimum in auctore inueniendo fudasset. ¶ Rursus: ex verbis Gregorij eadem esse Peccatricem, & eam cui primo dominus iuxta monumentum apparere dignatus est, contendent. nam sic in Omilia eius: scribitur. Quid per septem daemonia: nisi uniuersa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur: recte septenario numero, uniuersitas figuratur, septem ergo daemonia, Maria habuit: quae uniuersis vitijs plena fuit. Ex quibus verbis suspicantur multi: nihil aliud septem illa daemonia quam septem mortifera peccata fuisse, nec unquam eam fuisse daemonijs occupatam, sed duntaxat peccatricem, & maximam quidem, omnibusque vitijs abundantem. ¶ Verum: nullo pacto ita sentiendum est, nam (vt & iam quoque dictum est) peccata dimitti dicuntur: non expelli, eici, aut exire, de hac autem: exiisse, & eiccta esse dicuntur, non ergo peccata: sed reuera daemonia. Atque id manifeste dictis Lucae aduersatur: qui de

C. iij.

*Contra iacobum
aut d. iacobum
d. iacobum, non est
fuit in iacobis?*

Lucas

7
8

utraq; Peccatrice inquam & demoniaca, scripsit.
 De illa siquidem dixit. Dimissa sunt ei peccata
 multa. De hac autem. De qua septem dæmonia
 exierant. Et hanc: ponit ab infirmitate curatam.
 Quæ erāt (inquit) curatæ a spiritibus malignis,
 Maria quæ vocatur Magdalene, & Ioanna vxor
 Chuzæ procuratoris Herodis. Illam vero: minime.
 Et cum dicit curatæ erant, dæmonia exierāt:
 historia est, non allegoria. Item, illa ratione qua
 contēdere volunt: dicas dominum, reuera nunq̃
 eiecisse a quoq; dæmonia, sed per dæmonia eie-
 cta, intelligenda esse peccata dimissa. quod q̃ im-
 pium & absurdum sit: nemo est qui nesciat, cum
 etiam crucifixoꝝ CHRISTI, cōfessi sint eum re-
 uera eiecisse dæmonia: sed id diuinæ virtuti, sua
 peruersitate tribuere nolebāt. Ceterum cum do-
 minus loquitur: parabolam dicit, vt & de eo scri-
 ptum erat. Aperiam in parabolis os meum. non
 sic autem cum Euangelistæ loquūtur: sed rem ge-
 stam, simpliciter narrant. Nō igitur id, A qua se-
 ptē dæmonia exierāt, siue id, A qua dominus se-
 ptē eiecerat dæmonia, allegoria est: sed res gesta.
 Fuit ergo Maria illa Magdalena: vere a dæ-
 monijs obsessa, & vere liberata. Sed cum Grego-
 rio nequaq; verisimile videretur, mulierē in ciui-
 tate Peccatricē, vere fuisse a dæmonijs obsessā, et
 eā dē esse vellet Peccatricē & eā a qua septē legū-
 tur, diuina CHRISTI potestate, deturbata dæmo-

Psalmus

77

nia: vt verifimile videretur, qđ verifimile nō ap-
parebat, ipfe ad allegoriā cōfugit. tribuitq; vnī-
uerfa peccata duabus fimul: & ei a qua dominus
septē eiecit dæmonia de qua nullum legitur pec-
catum, & Peccatrici cui dominus multa, nō vnī-
uerfa tribuit. At neq; hāc, neq; illā crediderim
talē vniuerforum vitiorum fentīnam, ſclerumq;
barathrū fuiſſe: qualem etiā quidā ad populum
in celebri contione verba nōnunq; facientes, Ma-
riam Magdalenam facere ſolent: ab his, vt arbi-
tror, verbis (ſeptem nimirū Maria dæmonia ha-
buit: quæ vniuerſis vitijs plena fuit) occasione
ſumpta, etiā ſi de Mariā ſorore Marthæ, ſancta
quidem & illibata muliere, ſermonem agitent.
Opto igitur poſthac diſcāt, ſequētes euangeliū:
de ſancta Peccatrice, & multo magis de Mariā
Marthæ ſorore, & de ea quā domini miſeratio a
ſeptē dæmoniorū ſeuitia liberauit: modetiſtus po-
pulū informare, & gloriā earū mulierū prædica-
re, q̄ toto mētis deſyderio dominū vitę ſūt ſequu-
tæ. Quæ tres ſunt: ad quas, ſi quis ſacro CHRI-
• STI lāgueat amore, ex cantico amoris dicere po- Cantico,
• teſt. Filia Hieruſalē: nūciate dilecto, quia amo- 5
re lāgueo, nā in amore priores, feruētiores, per-
fectioresq; ſunt: & eterno dilecto, ſemper adherē-
17 tes. ¶ Sed protinus adiicies: eſto q̄ Peccatrix il-
la nō fuerit ea Mariā Magdalena q̄ vere a demo-
nijs liberata fuit, nō tamē ſine ratione Gregorius
C. iij.

Ioannes

11

12

eam putauit Mariam Magdalenam, Marthæ
 fororem fuisse. Nam id ex grauissima euange-
 lij Ioannis auctoritate asseruit: id ipsum capi-
 te vndecimo insinuantis. Erat autem (inquit)
 quidam languens Lazarus a Bethania: de ca-
 stello Mariæ & Marthæ sororis eius. Maria au-
 tem erat: quæ unxit dominum unguento, & ex-
 terfit pedes eius capillis suis, cuius frater Laza-
 rus infirmabatur. Quænam enim legitur pedes
 domini unxisse unguento, & capillis suis ter-
 fuisse, antequam Lazarus infirmaretur: nisi illa in ciuitate
 Peccatrix? ¶ Nulla certe legitur: sed ne Pecca-
 trix quidem unxisse, & unctos, capillis suis ter-
 fuisse, antequam Lazarus infirmaretur. Neque id
 vult: diuinus euangelista Ioannes, sed cap. duo-
 decimo declarat quidnam ibi velit: & ubi, & quã-
 do Maria unxerit pedes IHESV, & terferit (si-
 quidem in Bethania: & post suscitationem La-
 zari) cū inquit. IHESVS autem ante sex dies paschæ
 venit Bethaniam: ubi Lazarus fuerat mortuus,
 quæ suscitauit IHESVS. Fecerunt autem ei cœ-
 nam ibi: & Martha ministrabat. Lazarus vero:
 vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria er-
 go accepit libram unguenti nardi pisticæ, pre-
 ciosi: & unxit pedes IHESV, & extersit pedes
 eius capillis suis, & domus impleta est ex odo-
 re unguenti. Dicit ergo vnus ex discipulis eius,
 Iudas Ischariotis: qui erat eum traditurus. Qua

re hoc unguentum non vānījt trecētis denarijs:
 & datum est pauperibus: Ecce: vbi, & quando
 Maria soror Marthæ vnxit pedes IHESV, &
 capillis suis extersit, nam in Iudæa, vtpote in
 Bethania: & post suscitationem Lazari, & pau-
 cis diebus ante passionē domini, ea die videlicet
 qua indignatus ob unguētī effusionē perditissi-
 mus ille institor Judas, regē gloriæ triginta ar-
 genteis vendidit. At mulier illa Peccatrix: neq;
 in Bethania, neq; hoc in tempore, vnxit pedes
 IHESV, sed in Galilæa, & viuēte adhuc Ioāne
 CHRISTI præcone, si bene attendis Lucæ histo-
 riam. Nam et ea ciuitas in qua mulier illa Pec-
 catrix vnxit pedes IHESV: ex eodem, maxime
 videri potest fuisse Naim, ciuitas Galilææ in-
 ter Nazareth & Samariam sita. Non igitur iu-
 re potuit, hoc ex loco trahere argumentū Gre-
 gorius, nec itidem quisq; alius in futurum po-
 terit: Peccatricem illam, vocatam fuisse Mariā,
 nedum Mariam Magdalenam & sororē Mar-
 thæ. Nisi euangelistę sententiam peruertere ve-
 lit: paulopost sese declarantis atq; aperientis.

18 ¶ Illud tamen pro vero recipi potest: Peccatri-
 cem illam, & Mariam Marthæ sororem, in plæ-
 risq; conuenire. Nam vtraq;, vnxit pedes IHE-
 SV: & vtraq;, capillis suis (licet varie) pedes ter-
 sit. Vtraq; multū vitę dilexit auctore. Vtraq;
 dilecta a domino fuit, & ab eodem excusata.

Lucas
7

At contra: etiã in multis differunt. Nam Peccatrix: nō vnxit in Iudæa. Maria: id egit in Iudæa. Peccatrix: solos pedes domini vnxit. Maria: caput etiam atq; pedes. Peccatrix: lachrymis primum pedes domini rigare coepit, & rigatos capillis suis terfit. vt & dominus ipse loquēs ad Simonem pharisæum testatur: hūc in modum. Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis nō dedisti. hæc lachrymis rigauit pedes meos: & capillis suis terfit. Maria: non primum lachrymis rigare coepit. nulla enim ei fletus erat occasio: sed magis ex fratris sui suscitatione, & tanti hospitis susceptione, letitiæ. Hinc, Maria: tergendo pedes IHESV, capillos suos redolenti vnguento infecit, facta & ipsa tota odora. quod lætantiū est argumentum. Peccatrix vero: pedes IHESV lachrymis rigatos, tergendo, capillos suos suis lachrymis diuinorum pedum puluisculo admistis infecit, tota facta squalida. quod: poenitentium est. Peccatrix: multo tēpore ante CHRISTI passionem. Maria: pauco. Peccatricem: excusat dominus Simoni pharisæo. Mariã vero: excusat discipulis. His igitur, & alijs præterea multis vel insignibus discerniculis: istæ duę sanctę mulieres alterutra ab altera, dispescuntur. ¶ Qz si Gregorij 19 & Bernardi sectatoris eius testimonia (quod pace eorū dixerim, quos vt sanctos veneror, & aperta vertiatu luce gaudere puto) tanq̃ minus euã-

gelijs consona, minusq; ratione fulta, hac in ma-
 teria non recipimus: quanto magis aliorum neo-
 teorícorum, vtpote illis, & doctrina & auctorita-
 te lōge inferiorum, qui & populum quoq; male
 20 imbuerunt: ¶ Nos itaq; dicimus, e sanctis illis
 mulieribus quæ sacros domini vnixere pedes,
 hāc, fuisse sanctam: illam, Peccatricem. Hanc:
 Mariam nominatam, illam: ab Euangclístis in-
 nominatam. Neq; plures q̄ duæ: vnixisse legun-
 tur. nā quāuis Maria Magdalene, quæ a spíri-
 tibus immūdis liberata fuit, emerit aromata: nō
 tamē vnixisse legitur. Nam neq; in trídulo illo vn-
 xit: monumēto obfignato, cū custodibus. neq; do-
 mino surgēte, permíssa est tangere. neq; etiā am-
 plius opus erat immortalí gloriæ, vnguenti deli-
 butione. Et adeo Maria soror Marthæ præue-
 nit vngere dominum in sepulturam: q̄ nisi tunc
 vnixisset, nulla penitus mulierum, quantū ex scri-
 ptura cognosci potest, dominum in sepultura vn-
 xisset. nam soli viri: sacrum domini corpus tunc
 vnixisse leguntur. quod & Ioannes exprimit: di-
 cēs. Post hæc autē rogauit Pilatū Ioseph ab Ari
 19
 mathia, eo q̄ esset discipulus IHESV, occultus
 autē propter merū Iudæorū: vt tolleret corpus
 IHESV. & permisit Pilatus. Venit autē & Níco-
 demus, qui venerat ad IHESVM nocte primū: fe-
 rens misturā myrrhæ & aloes, quasi libras cen-
 tum. acceperunt autem corpus IHESV: & ligauē

Marcus

14

runt eum in linteis cum aromatibus, sicut mos
 est Iudæis sepelire. Vides ergo, insignes pietate
 viros, Ioseph ab Arimathia nobilem decurionem,
 & Nicodemum principem synagogæ: unxisse IHE-
 SVM in sepultura, non mulieres, ut & neque id
 ab re dictum: ab saluatore videatur. Sinite eam.
 quid illi molesti estis? Bonum opus operata est
 in me. Et subdit, Quod habuit: hæc, fecit, præue-
 nit ungerere corpus meum: in sepulturam. Nã per
 hæc verba intelligimus: quod quia non potuisset un-
 gere dominum in sepultura, præuenit, eum diuino
 nutu, tunc ungerere, loco inunctionis sepulturæ eius,
 id faciens quod habuit ac potuit. Et quod Ioan-
 nes sic habet græce, εἶπεν οὖν ὁ ἰησοῦς, ἀφες αὐ-
 τήν, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τεθή-
 ρηκεν αὐτό. hoc est. sine illam. in diem sepulture
 meæ seruauit illud: insinuat, unguentum illud quo
 Maria dominum vitæ unxit, non fuisse vulgare,
 quale passim pharmacopolæ veditare solent: sed
 longè preciosissimum, quod & Maria seruabat:
 ut domini (si ipsa superuiveret) honoraret sepul-
 turam, id quod etiã dominus omnium, qui omnia
 scit & sciebat: plane hic indicat. Quocirca Ma-
 ria diuino impulsu mota: tunc diem sepulturæ
 paululum præueniẽdo, effudit super sacrosanctum
 verticem, beatosque domini pedes, unguentum quod
 ad sepulturam eius seruauerat. Hoc enim pacto:
 dominus noluit eam penitus sua pietate frustratam

iri. sed quod ipsa voluisset, & non potuisset in sepultura: tunc voluit sibi exhiberi, & exhibitum haud secus acceptare quā si in honorem sepulturæ suæ (vt ipsa precōceperat) exhibitum fuisset. Sed quod magni admodum precij erat, id argumento est: quod ipsa illud seruauerat, & ad eius quidem sepulturam quem super omnes diligebat, & quæ MESIAH esse, cū pia sorore Martha fideliter credebat. Insuper & indignatio discipulorum: quod tam preciosum & minime vulgare vnguentum fufum fuisset. Igitur Maria Magdalena Marthæ soror: omnium maxime per eminentiam vinctrix IHE-
 21 SV dici potest. ¶ At cum nulla auctoritate id efficere queant, vt illæ mulieres vna eademque sint: forte cōtendent ita esse ex ea historia anonyma, quæ de Maria Magdalena circūfertur, ipsam videlicet post passionem domini, nauigio Massiliam aduectam, Massiliensibus & Prouincianis apostolam CHRISTI effectam fuisse. Sed & hanc fuisse Marthæ sororem, ex eo cōstare: quia in vicinia non solum colitur Martha soror eius, sed et corpus eius illic haberi creditur, pariter et corpus Lazari ^{in Massiliis si non} in pago sancti Maximini, vbi et Mariæ Magdalænæ depositum plurima veneratione frequentatur. Quænam enim (dicent) alia Maria Magdalena cum Martha & Lazaro ad illas aduentasset oras: nisi Maria Magdalena soror Lazari & Marthæ? Cæterū eandem fuisse Pec-

catricē: poenitentiā, quā peregrit in monte Balma
 in quodam specu, quod etiam peregrinis ostendi
 tur, satis declarare. Necnon eandem fuisse Ma-
 riam Magdalenam a qua dominus septem eie-
 cit dæmonia: carunculam illam in craneo quod
 illic solenni spectaculo visitur, impressione digiti
 saluatoris repellētis eam ne se tangeret, relictam,
 cū dixit ei, Noli me tãgere, argumēto esse. Qua-
 re rursus: eadem videbitur mulier Peccatrix, Ma-
 ria Marthæ soror, & illa a qua dominus septem
 expulit dæmonia. ¶ His imprimis dicemus: nos 22
 hístoriã nullam, sacrosancto præferre euange-
 lío, euangeliorumq; testimonio. Nec tamen infi-
 cias ibimus: Mariam Magdalenam sororē Mar-
 thæ, fidem attulisse Massiliensibus, & Prouincia-
 nis, quibus profecto plurimum gloriæ ac nobilita-
 tatis peperit. Quæ si in illo monte (quem: deuo-
 tionis causa, & ob beatissimæ Marię Magdale-
 nes reuerentiam aliquando conscendi) poeniten-
 tiã egisset: nõ protinus id argumēto esse potest,
 ipsam fuisse illã in ciuitate Peccatricē. non enim
 poenitentia ad peccatorum suorum veniam im-
 plorãdam egisset: quæ iam a CHRISTO deleta
 prorsus sciuisset, iam sancta, pura, incõtaminata,
 & ad gratiã apostolatus euecta. Sed vt Ioãnes
 CHRISTI præcursor, ex vtero sanctus, Iudæis:
 sic ipsa Magdalena, nõ modo Massiliensibus &
 Prouicianis, sed & Gallis vniuersis, & satis vicis-

nis Hispanis ac Liguribus, poenitentiae formula fuisset. ¶ Verū q̄ sese ab hominum cōmercio in mōtē illū subtraxerit, in quo a nemine, qui inde trahere posset exēplum, videbatur: nō tam poenitentiae causa q̄ vitae contemplatiuae exercendae id fecisse videtur. Cum et de ea dictum sit, Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea: & ab omnibus forma vitae contemplatiuae a domino proposita afferatur, vt Martha soror typus actiuae. Sicitaq; in illo monte: CHRISTI dictum de se ipsa implebat. Cui rei asupulatur: publica illa accolarum, longa successione seruata memoria, qua illam frequenter interdū angelicis manibus in summum montis supercilium, vbi & venerandum sacellum in eius honorem positum vidimus, rapi solitā afferūt, & eas pati amatorias *ἐκστάσεις* quibus sanctae animae dilecto suo in aeternae foelicitatis arrabone iunguntur, a quibus excitari, & ad caecum istum corporis carcerē redire: mors est, in quibus contra mori & liquefcere: vita. De quibus dicitur in cantico amoris:

• Adiuuro vos filiae Hierusalem: ne suscitatis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Atq; si tandē pro necessitate nondum exuta mortalitatis, ex vitae somno ad mortis vitā excitabatur: tūc, ne penitus deficeret, manibus pasci angelicis, nō humano quidem, sed coelesti ac diuino pabulo. Quae omnia & adhuc testantur carmina, ex

Cantico.

2

antiquiori illa memoria composita, quæ in ea rupe viuuntur, sic Mariæ Magdalenæ conuersationem explicantia.

Petrarcha

- Hic hominum non visa oculis, stipata cateruis
 - Angelicis, septemque die subuecta per horas,
 - Cœlestes audire choros, alterna canentes
 - Carmina, corporeo de carcere digna fuisti,
 - Et rursus,
 - Te quoque digressus terris, & ad astra regressus,
 - Bis tria lustra, cibi nunquam mortalis egentem,
 - Rupe sub hac aluit: tam longo tempore, solis
 - Diuinis contenta epulis, & rore salubri.
- Hęcine poenitentis sunt, squalētis & miseræ, & peccata deplorātis: an potius contēplantis, foelicis, et angelicam vitam in terra iam degētis? Nō igitur hoc, indicio esse potest: Mariā Marthę sororem, illam olim insignem fuisse Peccatricem.
- ¶ De eo autem quod solenni spectaculo uisitur in craneo: nec historia, nec euangelium meminit. Pręterea: impossibile est dominum, nuda manu eā tetigisse, quin pariter tactus ab ea fuerit, quā nihilominus tangere vetabat. Et ubinam legitur eam CHRISTVS tetigisse: & in fronte tetigisse? Plane uerisimilius uideatur: quod ea ad pedes domini, simulatque ipse uoce illa qua sese prodebat dixit Maria, & ipsa iam cognoscentis uoce Rabboni, quod interpretatur magister mi, sese prouoluerit, perinde ut Maria Marthę soror ante

resurrectionē Lazari, de qua hoc pacto scribitur. Maria ergo cum venisset ubi erat IHESVS: videns eū cecidit ad pedes eius. Et apud Matthæū: cū dominus a resurrectione occurrit ei & alijs quibusdam, & ipsæ tenuerunt pedes eius. Accesserunt (inquit) et tenuerunt pedes eius. Vnde fit vt minus etiam nunc: dominus eam humi stratum digitis suis in frōte tetigisse videatur. Porro dominus multos tetigisse legitur, nam ex Matthæo: tetigit leprosum dicens, Volo: mundare. Et ex Marco. Misit digitos i aures surdi & muti: et exiens tetigit linguam eius. Et ex Luca: Afferebant ad eum infantes vt eos tangeret: & tangebatur illos. & sinite (inquebat) paruulos venire ad me, & nolite vetare eos, talium est enim, regnum dei. Itē ex eodē: tetigit et auriculā Malchi. Atq; cū tot tātosq; tetigerit, quod ex Euāgelio manifeste cognoscitur: nihil de quoq; simile narratur. Quomodo igitur de caruncula illa asseretur: q̄ ob tactū sanctū domini, remanserit in frōte eius quā nunq̄ tetigisse legitur? At quomodo id euenit, nō est nostrum pronunciare: deus ipse nouit, cui soli perspecta sunt & humana & cœlestia omnia. nā & eorū quæ in terris nunc humano, nūc diuino gerūtur cōsilio: multa me latere ingenuē fateor & id qdē perlibēter, sed & neq; me velle q̄ ad fidē necessaria nō sūt, scrupulosius indagare. Nequaq; ergo ex illo incerti euētus signo,

Matthæus

8

Marcus

7

Lucas

22

D.j.

probe colligitur: Mariā Marthę sororē eā fuisse, cui primo dominus sub ortolani specie apparuit. ¶ Adiciēt fortasse: quādnā igitur illis in locis con- 24
luisti? Libet hic nō de meipso, sed de quodā mihi apprime familiarī et amico, quē multarū peregrinationū comitē habui: miscere sermonē. Cū enī eū p̄cōtabar, qđ ī illis peregrinationis locis, coleret: ille modestissime sic mihi respondebat, CHRISTVM colo, & in CHRISTO sanctos eius. nā scriptū est, Deū adora. Quī et āgelus in sacra visione: se prohibet adorari. Et adiciebat, Cū mihi prætēdūtur venerāde q̄piā sanctorū reliquię: animū meū nō in ijs q̄ video figo (nā fides: eorū nō est quæ videntur) sed in ijs quorū memoriā spectaculum prę se fert, CHRISTVM omnīū sanctorum regem laudando, venerando, adorādo, & ipsum in sanctis inuocando. Sed & beatam & a CHRISTO dilectā Magdalenam, venerari intendo, non solū in eo monte vbi vitam exegisse narratur, aut in Maximini pago: verum etiam in alijs quibuscūlibet locis aut coenobijs, vbi eam inuocant patronam, aut se dicūt corpus, aut aliquid suarum reliquiarum pignus habere, CHRISTVM inuocando, & sanctę hospitę vnctricisq̄ eius opem, pie implorādo. Neq̄ curiosius quicquam de talibus inquirō: neq̄ admodum ijsce quæ narrantur aures accommodo. habeant nec ne exuuiarum mortalitatis pignus aliquod: non

multū laboro. quādoquidē spero me ea ōnia foelicius vifurū: in illa immortalitatis innouatione. Qz si qui aliquādo, vltro pro sua humanitate multarum rerum spectacula mihi vifenda ingerant, narrentq; hic calceus beatæ Annæ, hic lac Virginis illibatę, hic crines Andreę, hic dens Apolloniæ, aut quippiā simile: fidē meā in hisce q̄ ostēdūtur minime colloco, neq; plurimū illa curās neq; despiciēs (nā ī his fidē meā: CHRISTVS nō requirit) sed eā in ijs quę per narrata mihi representantur teneo, maxime q̄ ecclesiā celebrare cognosco. et mēte ī coelū eleuata, ad ipsa rerū vifibiliū exēplaria oculis mētis, nō corporis patētia: id, aut quippiam simile mēte voluto. Benedic̄ta sit Anna: q̄ nobis reginā cœli peperit. Benedic̄ta sit cœli terræq; regina: q̄ suo virgineo lacte, filiū dei pavit. Benedictus sit Andreas, & reliqui apostoli, auctore vītę olim in terris sequuti, nūc autē eūdē ī cœlis perfecte assequuti, per quorum prædicationē ad veri cognoscēdi lucē sumus euecti. vnde æterno regi: sup̄ ōnia gratię sint imēsæ. Benedic̄ta sit & Apollonia illa foelix virgo: cui proferuētī ad CHRISTVM amore, dētēs extracti fuere, & durissima irrogata tormēta. Aut aliquas oratiūculas ab ecclesia de ipsis ordinatas: si mora patitur persoluo. aut saltē cōmunē pro ritu ecclesiæ de ōnibus sanctis orationē: pronūcio. Et hæc ideo se dicebat facere: quia sciebat astū

D. ij.

maligni plurimum esse, & eum fidem circa vi-
 sibilia exposcere, & hinc: idololatriam & multi-
 plicem animarum seductionem suboriri. auge-
 riq; insuper, questus habendiq; noxia cupidita-
 te superstitionem: ac multa mendacia fingi, non
 enim (dicebat) astutus ille veterator, veros ado-
 ratores querit qui neq; in hoc aut hoc loco, neq;
 ad hæc aut ad hæc spectra adorēt sed in spiritu
 & veritate: sed vanos, & (vt sic dicam) supersti-
 tiosos, qui fidē suā rebus visibilibus affigāt. Sic
 phythonicas & magas mittere solitas ad vene-
 randas quasdam sanctorum imagines, ac san-
 ctos fictitios, & cœlesti ecclesiæ incognitos. Ie-
 circo non se continuo inuocare õnes, quos popu-
 lus putat sanctos, neq; omnibus in locis: sed
 quos vere sciret ab ecclesia, aut receptos aut ve-
 re approbatos. Et plæraq; tam phana quã quæ
 in illis coluntur: posse esse suspecta. Quare cum
 novos sanctos, aut noua miracula fingunt, aut
 multa plærumq; peregrinis, stipis gratia præte-
 xunt: quid inquebat in talibus quẽquã vanū ef-
 se oportet? Deū adora, et mētē extra tēpla et vi-
 sibilia loca, visibilesq; rerū imagines exere, quibus
 corpus interea materialibus locis pro cōditiōe
 syluæ qua circundamur detineatur & simula-
 cris visibilibus astet: vt tuus cultus, tuaq; adora-
 tio sit neq; hic neq; ibi, sed in spiritu et veritate.
 sic instruete nos domino orare: cū dicebat. Sic er-

go vos orabitis, Pater noster qui es in coelis : ut mens nostra , cum oramus in coelis esset a rebus sensibilibus auocata, & nulli terrenarum visibiliumque rerum herens. Et cum illi forte fortuna offerbatur nonnulla , sacrorum loco deosculanda , que, quid essent, aut quorum, ignorabat: osculabatur quidem, secum dicens, propter dominum nostrum IHESVM CHRISTVM, & ad eius honorem, hæc oscula figo, & ad honorem sanctorum quos sancta nouit ecclesia, & qui CHRISTO domino iugiter seruiunt, eisque semper assistunt in celesti gloria. Quorum erga ipsum interuentionis operæ supplicem imploro. Neque quem sic venerat: peccare putabat: etiã si ossa Neronis, aut Caiphæ, ignorans osculatus fuisset. ¶ Et cum dicebã, si qua tibi offerretur, nec te lateret, ea reuera esse ossa Petri, Pauli, Ignatii, Teclæ, Iustine, Chrisinæ, aut alius cuius taliũ CHRISTI triumphantium martyrum: nõne ad illa etiã visibilia sanctorum monumeta, magna afficereris deuotione? Quid ni, dicebat ille, magna afficerer: nam & sancte sunt sanctorum exuiæ: & æternitatis gloria fulgebunt aliquando. verum tunc illorum nõ esset fides : sed iam certitudo quædam, & scientiæ similitudo. Qualis est de corpusculo illo Simonis infantuli Tridētini : qui prius nostris temporibus gloriosa martyrii palma, CHRISTO in cruce passo assimilatus est, quæ Christi nomen, pro quo tam diro afficiebatur

D. iij.

mortis supplicio, inuocare natura illi tribuisset, vix enim bimatum excesserat, puer ille gloriosus. Cuius corpusculum omnibus quotquot illud cōtuentur, reuerēdum esse decet: tanquā CHRISTI passi symbolum, nam & eius passionem: multis virtutibus ac signis CHRISTVS dominus se acceptasse declarauit. Non tamen in hoc quāuis certissimo corpusculo, et reliquorum martyrum etiam indubitatis depositionibus, sistēda mens est, etsi religiosa veneratione affici debeāt: sed CHRISTVS in illis summe colēdus, adorādus, glorificandus est, & animus ad beatarum animarum (quarum sancta corpora adhuc in puluere terræ quiescētia, resurrectionis gloriā expectant) opē implorandam, euehendus. At non omniū: certitudo eadem est, nam varijs in locis, cōcertant, sese sanctorum eorūdem eadem retinere pignora: adeo vt horum, aut illorum stultā fidem esse oporteat, si in hisce visibilibus fidem collocent. Addebat præterea. Si curuaueris genu ante imaginē deiparæ virginis: vt genu corporeū curuatū est ante visibilē imaginē, ita genu mētis tuę in cœlo ante imaginis veritatē curuatū sit, quā mēs veneretur vt dei matrē, dei autē virginisq; filiū: tota prona, pro virili adoret. mētis enī pronitas: est profunda, et quantū mēs ipsa valet, ex immensitate maiestatis adoratæ contēplatione, & suis ipsius paruitate, vel (vt sic dicam) nihilitate, cōce-

pta, humilitas. atq; tūc:eris verus adorator. Hęc ille. Sed qui mos illi vbiq; colendi fuerit: paucis abfoluamus. Vbicunq; per peregrinationis vias in crucē CHRISTO erectā incidērat: ibi flectere genua, aut pronus adorare solebat. Sic et vbi tēpla, aut oratoria intrauerat: primū aut crucifixo genu flectebat, aut diligēter requirebat sacrosanctæ teletæ mysterij corporis CHRISTI locū, quo inuēto pronus orās, cor suū penitus^{" ibi} effundebat. Ad cōsecrata altaria: augustā reuerētiā habebat. dicebat enī altare vinctū: et proxime CHRISTVM repræsentare, q̄ altare nostrū est. Martyres quos audiebat olī pro CHRISTI nomine passos: post apostolorū memorias, multa prosequēbatur reuerentia. Cōfessores vero: sequenti venerationis loco. Et cū aliquādo eū vbi a crucis aut crucifixi veneratione surrexerat: meę institutionis causa, in terrogassē: quid dixisset, qd adorasset, & vbi mēs eius tū fuisset? Respōdebat: se primum dixisse, Omnis terra adoret te deus: & psalmū dicat nomini tuo. Aliquando. Adoramus te CHRISTE. Nōnūq;. Veniāt omnes gētes quascūq; fecisti: & adorent corā te domine, & glorificēt nomē tuū. Interdū alia: prout illi suggerebat spīritus. Atq; ibi tūc adorasse CHRISTI præsentiā: quādoq; dē CHRISTVS vbiq; præsens est, Quinetiā mētē suā ibi nō fuisse, quasi ad simulachrū quoddā intēta detineretur, sed simul in cœlo, simul in Hierusa


D. iij.

lê, nō tūc qđē, sed quo tēpore CHRISTVS pēdebat in cruce. Neq; id mirū debere videri. Nā tametsi sigillatim animas nostras deus finxerit, & corporibus ididerit, sicut scriptū est, Qui finxit sigillatī corda eorū: tamē mētes nostras locis capiores, & tēpore antiquiores esse dicebat, utpote quæ supra loca, & tēpora, & vīsibilia ōnia sint. Et addidit, cum esset ante sacratissimam dominici corporis teletam, omniūq; augustissimum maximeq; venerandū sacramentū, quod (ut aiebat) vnicū sanctum sanctorum est quod in templis continetur, quodq; omnia alia sanctificat, perficit, & consummat: se illic adorare CHRISTVM CHRISTIQ; præsentiam corporaliter, non autem sic in alijs locis. nā nō solū illic esse CHRISTI præsentia qui vbiq; est, sed etiā CHRISTI præsentiam corporaliter, esse dicebat. Sic ille philosophatus: me instituebat quo pacto aut sanctos venerari, aut deū pie, pure, sancteq; colere ac adorare deberē. ¶ Sic itaq; emenso itinere ad ædes diui Maximini perueni: atq; inibi tres, quāuis tunc tres esse nescirem: veneratus sum. Mariam sororem Marthæ, quam dominus sacro ore dixit, optimam partem elegisse. Et illā olīm peccatricem, cui a domino dimissa sunt peccata multa: quoniam dilexit multum. Et Mariam Magdalenam a qua septem eiecta fuere dæmonia, quæ stetit ad monumentum, fo

ris plorās. Quod idē (autumo) cæteri alij faciūt peregrini . Et quāuis re ipsa tres sint : charitate tamē, & cōsūmata quidē charitate, vna sūt. Neq̄ tribus displicet , vna laude celebrari : neq̄ vni , triplici. faceffit enī procul ab eis: simultas omnis omnisq̄ inuidia. sed & neq̄ tribus: sub vno nomine venerari. Quas & ego sub eodē nomine, Maria inquā Magdalena, veneror, censeoq̄ venerādas cū viatorum ecclesia , quæ etiam multis quorum vera nomina in cœlis cognoscūtur, & a pijs viatoribus CHRISTI miferatione tandem cognoscentur, sicuti & Adaucto, concessit, vt sub mutuario nomine, venerationis ritu coleantur. Atq̄ tunc ad eas venerandas, vbicunq̄ id contingeret: satis mihi erat, loca ipsa memorijs earū vel sub vnus nomine esse dicata, etiā si nihil vllius earū ex mortalitatis exuuijs in illis locis esset adseruatū. satis inquā erat mihi quod & omni mēti, quæ sine loco & sensibili symbolo purius colit. Fœlix igitur illa Maria Marthæ soror: quæ dominū cœli, terreno alacriter suscipiens hospitio , fratrem ex mortuis rediuuum suscepit, quæ ad pedes domini, audiendī studio perattenta, optimam vitæ partem nullo sine claudendam delegit. Fœlix & illa olim Peccatrix, nunc veneranda, nūc sancta, quæ lachrymis suis pedes redemptoris mundi, rigans & ipsum redemptorem, vitæq̄ largitorem eter

næ multum diligens, veniam multorum peccatorum obtinuit. Fœlix deniq; & illa : quæ sæuissima septem dæmoniorum tyrannide expulsa, suum sequuta est liberatorē, & ei de facultatibus suis ministravit, qui sua prouidētia sustinet vnīuersa, quæ & prima, lachrymis suis ad sepulchrū, obtinuit videre dominū in immortalitatis gloria, et deuicta morte triūphātē, apostolis apostola. ¶ De quarū distinctione & gloria, si quid minus pro dignitate dictum sit : nobis apud eū qui omnes vt vnā, & vnā vt omnes, æterna foelicitate coronat, comprecatur veniam. vt nobis tandem ad earum consortium, in regno illo vitæ indeficientis, idē ipse peruenire cōcedat: qui sæculorum omniū rex est, atq; cum summo patre, & spiritu sancto, in sæculorum æternitate regnat. Amen.

DE TRI-
DVO
C
H
R
I
S TI



Ita finē facturū erā vir Clarissimè 26
me, nisi repēte in mētē subiisset
q; non solū de harū triū sancta-
rū mulierū numero, sed etiā de
triduo sepulture CHRISTI mul-
tis addubitatū fuit, quoniam pa-
cto intelligendū veniret euangelium. Q; q; adeo
in huius materię intelligētia, rei difficultate pres-
si, sudarūt quidā: vt Euāgelistas cōtraria loquu-
tos dicerēt. atq; nulla reperta concordia: ad hoc
cōfugerent, vt et Marcī testimonium nō recipiē-

dum, & in parte Euangeliū eius truncandū ducēret, quorū nullū: neq; verū, neq; ad quęstionis difficultatē enodandā, necessariū exístimo. Proinde mihi nō ab re visum est eodē cōtextu illud exequi: prout hac in re nobis lucē ifuderit dominus, nā et tenebræ sumus: & nihil ex nobis ipsis possumus. Primo igitur Euāgelistarū verba citemus: in quibus dominus se tertia die surrecturū prędicat. iquit enī Matthęus. Tūc pręcepit discipulis suis, vt nemini dicerent quia ipse esset IHEVSUS CHRISTVS. ex idē cępit IHESVS ostēdere discipulis suis: quia oportet eum ire Hierosolymā, & multa pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotū, & occidi, et tertia die resurgere. Et iterū alio loco: inducit dominū sic discipulos suos alloquētē, Ecce ascēdimus Hierosolymā: et filius hominis tradetur principibus sacerdotū, & scribis, & condēnabunt eum morte. & tradēt eū gentibus ad illudendū, & flagellādū, & crucifigēdū: et tertia die resurget. Et Marcus de domino. Docebat autē (inquit) discipulos: & dicebat illis, quoniā filius hominis tradetur in manus hominum, et occidēt: & occisus, tertia die resurget. Et Lucas de eadem re, similem retinet sententiā: inducens dominum interrogantem discipulos, et eos admonentem, hoc pacto. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autem Simon Petrus dixit: CHRISTVM dei. At ille increpans il

Matthæus

16

20

Marcus

9

Lucas

9

18

• Ios : præcepit ne cui dicerent hoc . dicens quia
 • oportet filiū hominis multa pati, & reprobari a
 • senioribus & principibus sacerdotum et scribis,
 • & occidi: et tertia die resurgere. Et rursus alio lo
 co, inducit dominum sic discipulos alloquētem,
 • Ecce ascendimus Hierosolymā: et cōsummabū
 • tur omnia quæ scripta sunt per prophetas de fi
 • lio hominis. tradetur enim gentibus, & illude
 • tur, & flagellabitur, et conspuetur . & postq̄ fla
 • gellauerint, occident eum: & tertia die resurget.
 Ecce ex Matthæo, Marco, & Luca : quo modo
 apertissime ab occisione domini, quam continuo
 eodē die parasceues ad vesperā sepultura sequuta
 est, tertia die dominus surrexit. ¶ Sed ex scriptis 27
 nōnullorū, instabūt aliqui, quæ tamen parui est
 māda erūt, præsertim si intelligētia spiritus euā
 gelici quantulumcunq; aduersari videbuntur. Et
 primo ex Ambrosio: defendente dominum no
 ctu surrexisse, in expositione huius, Vespere au
 tem sabbati quæ lucefcit in prima sabbati, hunc
 • in modum. Primum igitur illud spectādum est :
 • quid est quod scriptū est. Vespere autem sabbati
 • quæ lucefcit in prima sabbati, surrexisse dominū.
 • Et subdit. Non enim die sabbati (nam siluerunt
 • die sabbati secundum mandatum) sed post sab
 bati diem, nocte utiq; surrexit. ¶ Hic imprimis 28
 dicimus: non esse scriptū, Vespere sabbati quæ
 lucefcit in prima sabbati surrexisse dominū, sed

Ambrosius

venisse mulieres videre sepulchrū. Sic enim Mat
 • thæus. Vespere autē sabbatī quæ luceſcit in pri- Matthæus
 • ma sabbatī: venit Maria Magdalene, & altera 28
 • Maria, videre sepulchrum. Quāq̄ etiam ſi nocte
 illa quæ ſequitur ſabbatū, ſurrexiſſet dominus:
 nō iccirco fit, quīn tertia die ſurrexiſſet, nā He-
 bræorum mos eſt: diem ſuum naturalem ab ini-
 • tio noctis auſpicari. & nox apud eos: diem præ-
 • cedit artificialē. ſicut ſcriptū eſt. Et factū eſt ve- Genesis
 • ſpere & mane, dies vnus. Sic itaq; cum dominus I
 die paraſceues mortuus ſit, & toto ſabbato iacue-
 rit in ſepulchro, ſi nocte ſequente ſabbatum quæ
 tertię diei eſt initium, ſurrexiſſet, proculdubio ter-
 tia die ſurrexiſſet. ¶ Verum nullus hic mihi in-
 dignetur, oro: ſi non ōnia tribuere poſſim Am-
 broſio, quæ hic ſua argumentatione contēdit, &
 particulatim ad nonnulla respondeam. nō enim
 id facio: vt cum tanto doctore contēdam, aut me
 reſpectu eius aliquid eſſe exiſtimem, ſed vt de
 reſurrectione domini (ſi ipſe præſtare dignabi-
 29 tur) magis eluceſcat veritas. ¶ Neq; id continuo
 tribuendum illi cenſemus, dominū noctu ſurre-
 xiſſe: præfertim cum in reſurrectione domini, ip-
 ſe & Euāgelix omnes, diem ſemper nominēt,
 nunquam noctem. Et id prophetæ, Exurgam
 diluculo: de eius reſurrectione interpretari ſoleāt.
 diluculum autem nō ad noctem, ſed diem perti-
 neat, ſiquidem a luce diei: ſic dictum. Et Mar-

Marcus

16

cus dicat, Surgens autem IHESVS, mane prima
 sabbati: apparuit primo Mariæ Magdalenaë de
 qua eiecerat septem daemonia. Si autem mane:
 non igitur noctu. nã sicut vespere nocti: ita ma-
 ne diei annumerari solet. ¶ Sed anget forsitan 30
 alios id quod & beatũ Ambrosiũ: quomodo id
 Matthæi, quod sic græce habetur ὁ ψ ἐ δὲ σαββά-
 τω τῆ ἐπιφωσκύση εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε
 μαρία ἡ μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη μαρία θεωρῆσαι
 τὸν τάφον, exponi debeat, aut quid prætendat?
 ¶ Nõ absurde forte credideri: si hoc idẽ præten-
 dere existimẽ, ac si dicatur. Tarde autem ea die
 sabbatorũ quæ lucefcit in vnã, id est primã, sab-
 batorũ: venit Maria Magdalene & altera Ma-
 ria videre sepulchrum. Et quod vocabulũ die,
 in prima particula intelligat Euangelista: satis
 ipse insinuat articulo foeminino τῆ, qui nihil ha-
 bet quod referat nisi ex consuetudine loquendi
 ἡμέρα id est die, sicuti & post μίαν adiectiuum
 foemininum ἡμέραν id est diem respicit. Stultum
 enim esset articulum illum τῆ referre ad aduer-
 bium ὁ ψ ἐ, vel vesperum, vel vesper: quæ nequa-
 quam hic habentur. Adde quod non apte dici-
 tur, vesperum vel vesper lucefcit. nã vesperum
 tunc est: cum lux diei deficit, & tenebræ obtinẽt,
 obtenebrescit igitur vesperum: nõ lucefcit. Ergo
 si prima die sabbatorum quæ lucefcit in primam
 sabbatorum venerunt sanctæ illæ mulieres, vt vi

Matthæus

28

derent sepulchrum: interdiu venerunt, & nō noctu. sed sero tardeq; nimum vt vngerent IHE-
 SVM: quia non amplius iacebat in sepulchro. Et
 id, ὀψε hic potius significare crediderim, q̄ vespe
 re: vt & in hoc loco annotat ipse Ambrosius, di-
 cens. Deniq; græcus sermo dixit ὀψε, hoc est
 sero. sero autē: & horam signat in occasum diei,
 & cuiusq; rei significat tarditatē. quomodo si di-
 cas, sero mihi suggestum est: id est tarde. sero ve-
 nit: id est qui post præstitutū tēpus aduenit, licet
 mane sequenti die venerit. Hæc Ambrosius. Si
 igitur accepisset ὀψε in ea significatione qua sero
 tardeq; significat, et etiam intelligentiæ applicu-
 isset: non puto dixisset, dominū noctu surrexisse,
 sed quia veterem sequutus est interpretē qui alia
 significatione vsus ὀψε vertit vespere: lapsus vide-
 tur, & multi forsità post ipsū veterēq; interpre-
 tē. Nā propemodū existimē hac significatione
 qua sero siue tarde significat nō nocturnū tēpus,
 sed tarditatē cuiuspiā exequendi numeris aut ne-
 gocij: tū illi, tū veteri interpreti fuisse vtēdū. Et
 sacer Hieronymus hanc etiā significationē ad E-
 dibiā post Ambrosiū approbat: et eiusdē sentē-
 tiā de tēpore resurrectionis domini seq̄tur. vnde
 plurima difficultate laborat: adeo vt existimet
 Marci testimoniū nō recipiēdum, aut nouo sub-
 distinctionis modo cōtextū literę itelligēdū. quo-
 rū neutrum credimus oportere. Et hanc etiā dictionē

si tamen
 lapsus

nis ὄψε̄ esse significationē idicat Hesychius dicēs
 ὄψε̄ μετὰ πολὺν χρόνον . βραδέως . id est post
 multū tempus . tarde. ¶ Et perparū suffragatur 31
 Ambrosio qđ adijcit ad cōfirmationē argumē-
 ti sui: Mulieres profunda nocte venisse. Nā ex
 Marco: mane venerūt, et etiā orto iā sole. ¶ Ad
 dit insuper. Vnde & mulieres, ad monumētū ac-
 cedēdi habēt facultatē, iā utiq; custodibus quiescē-
 tibus, & ipsi custodes terrentur amplius: quod
 usu venit excitis. ¶ Sed quomodo accedendi
 facultatem habuissent: cum sepulchrum esset
 obsignatum, & obuolutum ingens saxum ad
 ostium monumenti, quo nisi vi grandi ammo-
 to, introire noctu ad sepulchrū non potuissent?
 Nōne custodes permisissent: aut territi, mulier-
 culis cessissent? An timuissent magis: ne si itra-
 re permisissent, signacula infregissent, & etiam
 cum essent plures, corpus sustulissent? quando-
 quidē vna sola talis tāq; animosa erat: vt tolle-
 re vellet. Si tu (inquit) sustulisti eum, dicito mi-
 hi ubi posuisti eum: & ego eum tollam? Enim-
 uero verisimilius est: mulieres metu noctis, cu-
 stodum, & locorum extra urbē sitorum & a vi-
 cinia remotorū, venisse die illucescēte, q̄ noctu.
 ¶ Sed suam sententiā, dominum noctu surre 32
 xisse, roborat: inquiens. Principes sacerdotum,
 congregati cum senioribus: id factum esse con-
 firmāt. dicētes custodibus: Dicite quia discipu-

• li eius nocte venerūt: & furatī sunt eū nobis dor-
 • mientibus. ex tempore enim quod a custodibus
 • cōpererunt: argumentū fraudis accipiūt. ¶ Nō
 ierim infūcias: custodes nocturno terræ motu, &
 repentina excussione ingētis lapidis ab ostio mo-
 numentī, fuisse miserabiliter obturbatos, ac cito
 citoq; vesano metu percitos, fugisse. Quando
 enim, ministri prīcipis tenebrarū deturbari de-
 buerūt: nisi noctu, et existentibus tenebris? Ne-
 que negauerim: illum terræ motum, noctu fa-
 ctum fuisse. At nōdū ob id, tribuo: ipsum victo-
 rem triumphatorēq; prīcipis tenebrarū, noctu
 et in tenebris surrexisse. Si enim signa mortē eius
 præuenerūt: quid mirū, motū illū resurrectionē
 eius præuenisse, & postea surrexisse dominū ma-
 ne prima sabbati, vt fidelis testis eius memo-
 riæ prodidit Marcus? Neq; digni etiam erant
 custodes illi: vt hora resurrectionis æterno regi
 adessent, cui neq; apostoli, neq; discipulorum vl-
 li, sed soli angeli astiterunt. Neq; sciuerūt vnquā
 principes sacerdotum & seniores cōgregati, cru-
 delissimī CHRISTI crucifixores: qua hora domi-
 nus vitę surrexerit, neq; profecto digni etiā erāt.
 sed solū mēdacijs, suos armabāt custodes: quos
 nimio terrore correptos sciebāt nocte fugisse, &
 ipsi quoq; perfidi mēdaciōrū instructores: si affu-
 issent, vt qui lōge vecordiores erāt, cōcitatus ni-
 mio pauore exanimati fugissent, nisi aqualiculi

saginati & præpingues ventres, eos tardiores ad
 fugã reddidissent. ¶ Postremo, ita esse ex Ioãne
 contendit: dicens. Nam & Ioãnes, mane cū ad-
 huc tenebrę essent, Mariam Magdalenam ad se
 & Petrũ venisse significat: & tamen ignarã factę
 resurrectionis, inducit. Sic ille. ¶ Sed nũquid eo 33
 q̄ Maria Magdalena mane venerit ad sepul-
 chrum, sed tenebris adhuc sepulchrum occupan-
 tibus; quẽadmodum in aurora aut diluculo ad-
 huc domos & loca obseptis muris parietibusve
 occupare solent tenebrę, & viderit lapidem ab
 ostio monumenti sublatum, custodes nõ viderit
 (nã nimio percussi metu iã fugerãt) & hinc opi-
 nata sit sublato domini corpore eos abiisse, et id
 cucurrerit Petro & Ioãni nũciare, non quod ve-
 rũ erat, sed quod suspicata et falso quidẽ, fuerat:
 nunquid ob hæc inquã, recte efficietur, dominũ
 noctu surrexisse? Et Ioannes: ignaram factæ re-
 surrectionis inducit. Si ignara: quomodo igitur
 ex eius testimonio, colligere quis potest, factam
 resurrectionẽ, & eam quidem noctu? Et etiam
 si dicit Ioannes eã ad se & Petrũ venisse mane,
 cū adhuc essent tenebræ, si mane & diluculũ idẽ
 est, et diluculũ pellit tenebras, & mane quoq̄:
 pugnat dubio procul aliquo modo, q̄ mane tũc
 esset, & tenebrę simpliciter essent. Neq̄ Euãgeli-
 sta dicit, Mariã Magdalenã ad se & Petrũ ma-
 ne venisse, cum adhuc tenebrę essent: sed venisse

ad monumētum. Neq; simpliciter cum tenebræ
 essent: sed σινορείας ἐτι οὐσης εἰς τὸ μνημεῖον.
 id est, cū adhuc tenebræ essent ad, siue apud mo-
 numētū. Sed esto id, cum adhuc tenebræ essent,
 reuocetur ad præcedens, venit, & nō ad sequēs,
 ad monumētū: nullus tamē inficiari potest quin
 mane referatur ad venit. Quare, venit mane:
 sed neque perfecto die, neque perfectis tenebris,
 sed partim diescente, partim adhuc tenebrescen-
 te tēpore. Atq; hoc tēpus: diluculum & crepu-
 sculū dici solet, quod in diē cōputatur potius q̄
 in noctē, & in quo dominum surrexisse, nequa-
 quā abnuemus: sicut scriptū erat. Exurgā dilu-
 culo. Ex hac igitur Ioānis litera: nullo pacto tra-
 hi possit, dominū noctu surrexisse. ¶ Et deniq;
 quasi fulcimētū additur, Et vt scias nocte factū:
 aliæ mulieres nesciūt, alię sciunt. sciunt: quę ob-
 seruabant noctibus & diebus, nesciunt: quæ re-
 cesserunt. ¶ At dici oportuit: quęnam observa-
 bant diebus ac noctibus, nam nulla, vt arbitror,
 obseruasse: sed omnes mane, hæ citius, ille tardi-
 us ad monumentū venisse depræhēdētur. Nulla
 itē adduci poterit, q̄ cognouerit dominum noctu
 surrexisse: cū prima cui apparuit, fuerit Maria
 Magdalene a qua septē eiecerat dæmonia, quæ
 mane venerat ad monumentū, & postea accessit
 ad Petrum & Ioannē, & redijt ad sepulchrū. Et
 abeūtibus Petro & Ioāne: nihil adhuc de domi-

Psalmus

56

E.ij.

Marcus
16

ni resurrectione nouerat. Vnde tãto eũdi redeũ-
 diq; interuallo: si prius primo mane venerat, tũc
 sane cũ vidit dominũ, alta dies esse potuit. Ad
 de q; aliæ mulieres, quę posteriores dominũ oc-
 currẽtem in via viderunt, quãuis valde mane ad
 monumẽtum venissent: iã sol (testante Marco)
 • exortus erat. Et cum trãsiisset (inquit) sabbatũ,
 • Maria Magdalene, Maria Iacobi, & Salome,
 • emerũt aromata, vt venientes vngerẽt IHESVM.
 • & valde mane vna sabbatorum, veniunt ad mo-
 • numentum: orto iam sole. ¶ Sed adijcies forsi- 35
 • tan: mirabile valde esse quod ait Euangelista.
 • Valde mane venerũt ad monumentũ, orto iam
 • sole, nam si valde mane: quo modo orto iam so-
 • le? ¶ Mirabile certe est, sed mirabile mirabili
 • opponam: patiente scilicet totius maiestatis do-
 • mino, solem trihorio lucem suam diemq; mun-
 • do denegasse, & lunam repente (teste Diony-
 • sio) eundem subiisse, ne & ipsa possit alicui par-
 • ti orbis illucere. Quid igitur, si sol qui lucẽ suã,
 • quasi lugens CHRISTO moriẽte retraxit: eãdem
 • quasi exultãs ipso resurgẽte accelerauerit, et tãq;
 • officiosus (quod videtur innuere Euangelista)
 • citius solito, illo die ob resurrectionis gloriam,
 • illuxerit exortusq; fuerit, iuxta illud, Valde ma-
 • ne venerunt ad monumentum: orto iam sole?
 • De defectu solis ab hora sexta quæ est meri-
 • diei, vsq; ad horam nonã, tenebrisq; illis subito

exortis, terræ motu, & petris scissis domino mor-
 riēte, & monumētis apertis eodem resurgente,
 ac rediuiuis, a quibus plurimis in ciuitate sancta visis
 post domini resurrectionem: quis certio-
 rem historicum quam Euāgelistam requirat? Cur igitur &
 in hoc, quod summo profundoque mane exortus
 sit sol, solitum exoriendi modum præueniens:
 alium requiras historicum, cur alium testem quam
 Euangelistam? Verbi causa. si alijs diebus hora
 prima exoriebatur (ab exortu enim: primam ho-
 ram artificialis diei cōputant Hebræi) tunc mul-
 to ante primam quod est summum mane, illa die ex-
 ortus sit? Et hoc etiā ex Euāgelista secretum nos-
 se: gaudere debes. ¶ Ergo, dices, nox illa: duo-
 decim horarum non fuisset. ¶ Quid inde? Nonne
 dominus: diei dominus est et noctis? Si nox, diē
 passionis intercepit: quid si dies, noctem resur-
 rectionis interceperit? et ut ille sub ortis tenebris
 breuiatus est: ita & hæc, accelerante sole, sit abbre-
 uiata, dies autem prolōgatus? Quod & id psal-
 mi 56 iuxta vnam intelligentiam, Excitare glo-
 ria mea: excitare psalterium & cithara: excitabo
 auroram, insinuare videtur, tanquam in spiritu, dicente
 propheta, Accelera excitationem tuam O MESIAH gloria mea,
 accelera excitationem tuam O MESIAH laus psalterij mei & citharę:
 & spiritu respondente, accelerabo tempus aurorę exci-
 tationis meę. Nam quid per excitare aurorā, quam
 E.iiij.

Psalmus
 56

Beda

eā ipsā solitū tēpus p̄uenire: vt citius solito sol
 oriatur, itelligere debemus: Quod & huic dicto
 Euāgelistæ, Valde mane venerūt ad monumē
 tū, orto iā sole: admodū consonū est. ¶ Attamē 36
 (inquies) Beda de resurrectione domini & mo
 ra eius in sepulchro, quīs acquiescat dominū ma
 ne, qđ diei adiūgitur, surrexisse: aliter tamē scri
 bit. Nā illud (inquit) questione nō indignū esse
 videtur: quomodo saluator tribus diebus & tri
 bus noctibus ī corde terræ fuerit, cū ipse ī para
 sceue hora quasi sexta sit crucifixus, & ī vna sab
 batorum valde diluculo surrexerit a mortuis.
 Itaq; itelligēdū est illud synecdochice dictū: hoc
 est, si diei parasceues p̄tē qua sepultus est cū p̄te
 rita nocte pro nocte & die accipias, & pro toto
 die sabbati noctē & diē integrū, et noctē domini
 cā cū eodē die illucescēte ac per hoc icipiēte, par
 tē pro toto, habes profecto triduū et tres noctes.
 Nec illud etiā minus cōsiderādū est: q̄a simpla
 mors redemptoris nostri profuit duplæ nostrę,
 et simpla eius resurrectio profuit duplæ nostrę.
 mors carnis eius: & resurrectio eius, mors carnis
 nostrę & resurrectio eius, mors animę nostrę et
 resurrectio eius: duę sūt mortes nostrę, et duę sūt
 resurrectiones nostrę. duo & duo: sunt quatuor.
 vnā mortē domini & vnā resurrectionē eius, ad
 de ad quatuor nostras: & sex faciunt. Igitur sim
 plū domini & duplū nostrū, tres sunt: et tres par

• tes habet senarij numeri. quod significauerunt tri-
 • ginta sex horæ: quibus fuit dominus in inferno.
 • Huic simplo: cōgruunt duodecim horæ diurnæ, &
 • viginti quatuor nocturnæ. Itē viginti quatuor: ad
 • duplā mortē nostrā cōueniunt. & illæ duodecim
 • horæ: ad mortem dominī simplam. Non autem
 • immerito, vno die in sepulchro & duabus nocti-
 • bus iacuit: quia videlicet lucem suę simplæ mor-
 • tis, tenebris duplæ nostræ mortis adimpleuit.
 Hac Beda. Ecce ponit dominū viginti quatuor
 horis nocturnis in sepulchro iacuisse: quod ne-
 quaquam ita esset, si nox illa duodecim horarū
 nō fuisset. ¶ Fateor sane Bedā, hęc magna cū di-
 ligentiā, partim ex Augustino, partim ex seipso
 dixisse: & agnosco imprimis venerabilē mihi Be-
 dā esse, sed infra euāgelisā. & multa hīc egregie
 humano more philosophatum: sed forte per-
 parum ad intelligentiā spiritus ac euangelicum
 sensum. & hīc sudasse: vt per grāmaticorum figu-
 ras ostēderet, quomodo tribus diebus et tribus
 noctibus iacuerit dominus in sepulchro. quod
 mysteriū: dominus nō per grāmaticam, sed per
 sacram Ionæ figuram intelligi voluit. Et insu-
 per difficile admodum illi fuisse ex viginti qua-
 tuor horis nocturnis, quibus solū dominus, sen-
 tētia eius fuit ī sepulchro: tres noctes cōminisci.
 quāuis forte etiā paucioribus fuerit: si sol illa
 die citius solito exortus sit. Et multo magis ex

duodecim horis diurnis : tres conflare dies, aut
 æquales, aut paulo longiores quæ sint in æquinoctio.
 Igitur Bedam laudabimus quod tam generoso conatu
 pro ingenij viribus, voluerit nobis hoc mysterium
 aperire. sensum tamen spiritus ac euangelicum quis
 quis is sit: illi, ceterisque scriptoribus, iure preferemus.
 ¶ Nec id quæ offendant, quod ex verbis euang. 38
 gelicis quispiam suspicetur, noctem illam resurrectionis
 fuisse breuiorem, quam si dominus non resurrexisset:
 cum tamen Astrologi ex supputationibus suis
 nihil tale factum intelligere possint. ¶ Quid enim
 cuiquam cum Astrologis: cum diuina tractantur? Qui
 tamen si affuissent: potuissent (haud dubio) et ip-
 si non tam supputationibus quam horoscopijs, & in-
 strumentis astrologicis depræhendere, sicuti Apol-
 lophanes et Dionysius suis quadratibus et astro-
 labis: innaturale illud, terrificum, & nullo seculo
 auditum solis deliquium. ¶ Arbitror itaque satis
 monstratum, dominum nostrum: die illucescere, et die
 quidem tertia, surrexisse, & non nocte, vt Ambro-
 sius, quis non sine impellitibus et apparitibus for-
 tibusque suadelis, opinatus est. ¶ At quæ eloquia 39
 summam auctoritatis obtinent: prodeant tamen alij do-
 ctiores ecclesie qui huic sententie Ambrosij non ac-
 cedunt. Hieronymus id Marci, Et cum transisset
 sabbatum, Maria Magdalene & Maria Iacobi
 & Salome emerunt aromata, exponens: ait. Post
 sabbata tristitia: foelix irradiat dies, qui prima

Hieronymus

• tum in diebus tenet, luce primā in eo lucescente,
 • & domino in eo cum triumpho resurgente. hæc
 • est dies quam fecit dominus: exultemus & læte-
 • mur in ea. Ecce, Hieronymus sentit dominū pri-
 • ma luce diei surrexisse: si modo is commentarius
 • in Marcum, eius sit. Nam in solutionibus quæ-
 • stionum ad Edibiam aliter sentire videtur, se-
 • quiq; Ambrosium: cui penitus vt Ambrosio sa-
 • tisfaciendum est, eisdemq; responsionibus. Augu-
 • stinus vero in quodā sermone natiuitatis: de do-
 • mino: sic dicit. Qua die conceptus est ex utero:
 • in ipsa die resurrexit ab inferis cum gloria passio-
 • nis. Et subdit. Ad vesperum abundauit fletus: &
 • ad matutinum lætitia. vesperum passionis: quan-
 • do sequebatur eum multitudo populi, & mulie-
 • res lamentabantur & plorabant. matutinum re-
 • surrectionis: quo mulieres cū gaudio, a monu-
 • mento, & discipuli cum gaudio ad monumentū
 • currebāt. Item libro quarto de trinitate. Ab ho-
 • ra ergo mortis vsq; ad diluculum resurrectionis:
 • horæ sunt quadraginta, vt etiam ipsa hora nona
 • connumeretur. En: quomodo etiam aperte,
 • Augustinus sacræ resurrectioni matutinum &
 • diluculum tribuere videtur. ¶ Historia tamen
 • Sampsonis, adhuc cuiuspiam videbitur fauere o-
 • pinioni eorum: qui sentiunt dominum noctu
 • surrexisse. Nam sunt qui id Iudicum de Sam-
 • psone (Abijt quoq; in Gazam, & vidit ibi me-

4. De tri.
6

Iudicum
16

• retricem, ingressusq; est ad eam . Et quod sub =
 • ditur. Dormiuit autem Sampson vsque ad me =
 • diu noctis: & inde cōsurgēs appræhēdit ambas
 • portę fores, cū postibus, & fera, impositisq; hu =
 • meris suis portauit ad verticem mōtis qui respi =
 • cit Ebron) volūt dominicæ resurrectionis, q̄ fa =
 • cta fuerit i mediã nocte, figurã videri. præcipue
 ex his verbis: dormiuit vsq; ad medium noctis,
 & inde consurgens. ¶ Sed nosse operæ precium
 erat: vocabulū Hebræū VAISCAB hic positum,
 non potius dormiuit q̄ cubuit, quieuit, mansit in
 lecto significare. Et non ab re forsitan quispiam
 putauerit Sampsonem tam paruo tempore, vix
 scilicet quatuor horarum spacio: non dormiendi
 sed leuãdi animi causa ad meretricē ingressum .
 ¶ Et hoc etiam quod subinde in eodē loco de
 • somno & exurrectione eius scribitur (Qui cōsur =
 • gens de somno: extraxit clauū cum crinibus &
 • licio. Item. Qui de somno cōsurgēs: dixit. egre =
 • diar: sicut feci ante) cur de resurrectione non in =
 • terpretantur, cum similia, & expressiora etiã ver =
 • ba habeantur? Cur illic potius: quã hic? Arbitra =
 • riū certe id videtur: & nullo sufficienti argumen =
 • to suffultum. nam & dominus de sua dormitio =
 • ne, & mora sub terra ad tempus vsq; resurrectio =
 • nis suæ: non ad Sampsonis, sed ad Ionę nos re =
 • mittit figuram. Q̄ si id facinoris Sampsonis, si =
 • gura fuit: potius mōstrat inferorum confractio

nē, & CHRISTI de spoliatis euictisq; inferis triū-
 phum, ex portarum, postium, & feræ sublatio-
 nē, q̄ tempus resurrectionis dominicę. An CHRI-
 STI testimonium ex figura Ionæ relinquet quis-
 quam: vt sequatur incertum, & nullo eloquiorū
 testimonio confirmatum? Non est igitur validū
 ex figura Sampsonis sumptum argumentum, q̄
 dominus mediā nocte surrexerit: quāuis etiam
 quædam Gregorij ad populum de resurrectio-
 ne domini, declamatio, nōnullis ad id ferre pos-
 se videatur suffragiū. ¶ Quod & rursus: alia
 ratione perspicuum fuerit. nam si hic vix qua-
 tuor horæ ponuntur, & nox nominatur: cur id
 figuram q̄ resurrectio domini qui tribus die-
 bus & tribus noctibus fuit in corde terræ, mediā
 nocte facta fuerit, esse putabimus, & non potius
 vbi tres dies & mane nominantur, & multa alia
 resurrectioni maxime accōmoda? vt id Exodi.

- Iamq; aduenerat tertius dies, & mane inclarue- Exodus
- rat: et ecce coeperūt audiri tonitrua & micare ful- 19
- gura. Et subditur, Eo quod descēdisset dominus
- super eum. Ecce mane tertiæ diei: dominus exhi-
- bet suā præsentiam, tonitrua fiunt, micant fulgu-
- ra, quadragīta diebus diuinitas adest, post quos
- se recipit in cœlum. In Osee similiter tres dies
- nominantur & diluculum: & tertia ac diluculum
- resurrectioni deputantur, vbi sic habetur. Viui- Osee
- ficabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit 6

Sophonias

3

nos. Et subditur. Quasi diluculū: præparatus est egressus eius, et Sophonias. Verū tamē diluculo surgētes: corrūperūt ōnes cogitationes suas. Quapropter expecta me dicit dñs: i die resurrectionis meę. Vides, vbi de diluculo mētionē fecit: cōtinēter diē suę resurrectionis adiūgit dominus. Parū igitur efficax: tū ex verbis domini, tū ex alijs figuris & pphetis, habeatur illa, ad resurrectionis propositum, Sampsonis figura. ¶ Et licet hæc 40
 nus forsitā abūde tibi, dominū die tertia & interdiu surrexisse ostēdisse videbor: miraberis tamē quomodo in triginta sex horis, si nō etiā paucioribus, tres dies & tres noctes computētur. Vt paucis, pro virili faciā satis: nō autumo, ex horarū supputatione quærendā esse eius rei, dominū videlicet tertia die surrexisse, intelligentiā (hec enim humana & curiosa magis est: q̄ vera forsan indagatio) sed secundū scripturarum intelligentiam. Proinde dicere videtur Paulus: prima ad
 1. Corin. 15
 • Corinthios. Tradidī enī vobis imprimis: quod
 • & accepī. quoniam CHRISTVS mortuus est pro
 • peccatis nostris: secundum scripturas. Et quia sepultus est: & quia surrexit tertia die secundum
 • scripturas. Ac si aperte diceret: surrexit tertia die, non secundum sensus vestros vestrasq; intelligendi præsumptiones, sed secundum scripturas, secundum sensum intelligentiamq; scripturarū. qui sensus, & quę intelligentia: spiritus est. ¶ At 41

fortius insistes, scire cupiens: quis is sensus, quæ
 ea intelligentia spiritus. ¶ Respondeo, quod tametsi
 mihi impossibile sit, ex me ad illam intelligentiam
 penetrare: eam tamen in hac re esse puto, quam
 deifer Ignatius in prima epistola quæ est ad Tra-
 lianos aperit, de domino sic loquens. Ante vero
 solis occasum, de cruce depositus est: & sepultus
 in monumento nouo. Sabbato vero: mansit sub
 terra in sepulchro, in quo posuit eum Ioseph ab Ari-
 mathia. Dominica autem die: surrexit a mortuis.
 secundum quod dictum est ab eo: Sicut fuit Ionas in ven-
 tre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit
 filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus
 noctibus. Continet autem dies parasceues: passio-
 ne eius. sabbatum vero: sepulturam & requiem. do-
 minica autem: resurrectionem. Hæc Ignatius. Igitur
 hi tres dies: non a triginta sex horis colligendi
 sunt, sed sic, dies: passionis. dies: sepulturæ. dies:
 resurrectionis. parasceue. sabbatum. dominica.
 Die parasceues: vere mortuus est, sabbato: vere
 iacuit in sepulchro. die dominica: vere surrexit
 a mortuis. ¶ Dices hic, verum & indubitatum esse
 dominum vite, tertia a passionis sue die surrexisse
 se: sed non satis ex hoc exploratum haberi, ipsum
 tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ
 fuisse. Nam esto, inquis, quod die parasceues ia-
 cuerit in sepulchro, et die sabbati, & die domini-
 ca quatenus surrexit diluculo: non potuit tamē

Ignatius
ad Tra-
lianos

in sepulchro fuisse, nisi nocte sabbati et nocte dominicæ, quæ duæ tantum noctes sunt. ¶ Id vnũ 43
 asserere possumus: verissimum esse domini verbum, & verissimum euāgelium: quamuis intelligentia eius nos fugeret. Aspireret tamē ille qui lucet in tenebris & omnes illuminat: vt neque hoc mysterium nos lateat, neq; intelligentia spiritus, sed Euāgelij sensum assequamur. Atq; impri-
 mis hoc saluatoris dictū apud Matthæum (Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus) videtur nō de mora eius in sepulchro intelligendum: sed de existentia eius apud inferos. nam cetus: non sepulchrum, sed infernum designabat. sic enim in
 Iona legitur. De ventre inferi clamaui: & exaudisti vocem meā. Neq; igitur cor terræ sepulchrum: sed infernum designat. Sed quomodo, presentia: CHRISTVS tribus diebus & tribus noctibus fuit in inferno? Qui tres illi dies: & quæ tres illæ noctes? ¶ Hic fortasse q̄spiciā existimet 44
 illas noctes fuisse noctē parasceues, noctē sabbati, noctē dominicę. Et in nocte passionis quæ est nox parasceues, dominū præuenisse inferos: & apprehensione, præsentē illic adfuisse, quod & nōnulli testati sunt, et id Euāgelistā ex poenīs quas tūc ipse dominus patiebatur innuisse.
 Nam & ipse ex Matthæo: illa nocte cœpit cō-

Matthæus
12

Jonas
2

Matthæus
26

- trīstari & mœstus esse. Et ex Marco: pauere & Marcus
 • tædere. Et ex vtrīsq; dicere apostolis suis, Trī- 14
 • stis est anima mea vsq; ad mortem. Et ex Luca: Lucas
 • Factus ī agonia, prolīxius orabat. & factus est 22
 • sudor eius: sicut guttæ sanguinis decurrentis in
 • terrā. De quo: & hæc psalmorū īpleta vidētur.
 • Super me confirmatus est furor tuus: & omnes Psalmus
 • fluctus tuos induxisti super me. In me trāsierūt 87
 • iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me. Cīr- 114
 • cū dederūt me sicut aqua tōta die: circū dederūt
 • me simul. Circū dederūt me dolores mortis: &
 • perīcula infernī inuenerūt me. Et tā acerbę et im-
 portabiles erāt pœnæ illę quas dominus secun-
 dū animā in orto patiebatur, quo Adę peccato
 q̄ ī orto peccauerat, et peccatis posteritatis eius,
 aliq; pœnas inferorū perpetuo passurę, satisfā-
 ceret: vt ex cōpassione patris, qui eū nō corpore
 tantum, sed etiā animo & acerbissime quidē pro
 nobis miseris reparādis sic patī voluit, factum
 sit vt descēderit angelus e coelo (teste Luca) qui
 in tantis tamq; intolerabilibus cuiq; mortaliū
 pœnis, cōfortaret eū. Quod in pœnis corporali-
 bus crucis perferendis: factum non legitur, quę
 etiā tantę esse nequeunt, quamuis omniū ma-
 ximæ sint: quātæ quæ animæ. Et proinde cum
 dominus apud Matthaum, Marcum, & Lucā,
 orat patrem misericordiarum, si possibile est trās-
 ferri a se calicem illū: nō tam eum, calicem illum

passionis quem in cruce secundum corpus portatus erat, quā de calicē quem in orto secundū animam iam portabat deprecātū fuisse, omnes pœnas debitas peccatis innumerabilibus omnium miserorū tam in hoc mundo quā in inferno, lustrātem, & omnibus sua iam pœna secundum animā satisfacere incipientē, qui in cruce haud ita multo post, sua passione & morte secundum corpus iuxta sanctum verbum suum: omnia erat cōsummatus . vt sic mirabili dei dispensatione & inscrutabili in nos pietate: totus (alioqui infelicissimus) homo, pœnis illis totius humanitatis tā corporis quā animæ IHESV foelicissimus, & in corpore & in anima, ad foelicia regna volaret, quæ per Adam prius perdidit. De quibus CHRISTI IHESV acerbissimis & omnium aliorū mortalium incōparabilibus pœnis, adeo vt eas propheta in spiritu, pœnis inferni compareret: lege si cordi est Cusam, & alios, quibus in spiritu contēplando datum est magis nosse, quā humana cogitatione attingere. Illa itaq; nocte parasceues: hac sententia, CHRISTVS dominus cœpit esse in corde terræ, & etiam nocte sabbati & nocte dominicę, quibus quidē duabus noctibus sacrū corpus eius iacuit in sepulchro: in corde terræ fuit, anima quæ inferorū spoliatrice: re ipsa sua præsencia in inferno existēte. Hæ igitur tres sunt noctes, quibus ipse mundi redemptor fuit in corde

terræ: nox parasceues, nox sabbati, nox dominicæ. Sed si dies quæris : hi sunt. dies parasceues: in cuius hora nona dominus expirauit. dies sabbati: qua iacuit in sepulchro. & dies dominica: in cuius diluculo surrexit. diluculum autem: diei (vt dictum est) anumerari solet. Immo : per uespere & mane , dies & nox, sacrorum eloquiorum consuetudine insinuatur. & eo nimirum dignius quo dominus omnium maluit, uespere sua morte & sepultura honorare, & mane sua gloriosissima resurrectione, quàm alia diei tempora. ¶ Ex quo fit iterum : vt dominus non noctu, sed interdiu surrexerit. alioqui: tres dies non inuenias. Quod etiam & figura Ionæ monstrat: si quis eam forte spiritualiter examinauerit. Nam ubi euomuit eum piscis, quod designat CHRISTI reditum ab inferis: factum est uerbum domini ad Ionam secundo, dicens. Surge: & uade in Niniuem ciuitatem magna. Quod dicit. Surge: resurrectionem CHRISTI declarat. quod precipit ambulare: monstrat fuisse diem. nam precipere id nocte fieri: minus consentaneum uidetur. At Ninuie ciuitas magna: mundum istum designat, in quem rediuiuus ex inferis CHRISTVS introijt, omnes sancta prædicatione & poenitentia ad se vocans in salutem:

45
 46 ¶ Verūtamen si quis iure admiretur illam incomprehensibilem summi patris in nos clementiam, qui proprio filio non pepercit, sed illum, tam

Ionas

3

secūdum corpus quā secundum animam tantis tamq̃ acerbis pati pœnas pro nobis redimēdis voluit, durū tamen illi videatur tribuere, domīnū nostrū illa nocte parasceues quādo ī orto patre orabat, fuisse in corde terre: nō impēdio cōtēderi aut cōtradixerim. Nā forte vicinūs, huius rei sacramentū: ex figura Ionæ depræhendetur. Siquidē prius oritur tēpestas, cœlum turbatur, quatiūt procellę, dormit Ionas: quā descēdat in ventrē ceti, et tribus diebus & tribus noctibus: in vētre ceti cōtinetur. Si igitur tēpestas illa: maximā illā, passionis tēpore cōmotiōnē mōstrat, turbatio cœli: tenebras, et solis obscuratiōnē, seuitia quatiētū procellarū: terrę motū, et lapidū scissio nē, dormitiō profunda Ionę: domini mortē, descēsiō ī cetū: descēsiōnē domini ad inferos, et mora illa Ionę post sōnū, in vētre ceti tribus diebus et tribus noctibus: illā CHRISTI a morte sua in corde terre (claustris inferorū per eū reſeratis) morā triū dierū & triū noctiū, si inquā hæc mōstrant: ex hac certe figura, CHRISTVS dominus a morte sua tribus diebus, et tribus noctibus fuit in corde terræ. ¶ Sed hic obrepit non minima 47 difficultas: quā sint tres illi dies, & quā tres ille noctes, ab omnisaluticæ mortis domini tēpore? ¶ Id nequaquā nos latere par est: domino moriēte, tenebras adhuc fuisse, et etiā tūc maximas, vt pote sole obscurato, id quod: sanctus Euāgelista

Lucas prodit, dicens. Erat autē fere hora sexta: & tenebræ factę sunt in vniuersam terrā vsq; in horā nonā. & obscuratus est sol: & velū tēpli, scissū est i mediū. et clamās voce magna: IHESVS ait. Pater: i manus tuas cōmēdo spírítū meū. et hęc dicens: expirauit. Ecce autē nonā, ab hora sexta tenebrę erāt: sed hora nona obscuratus est sol, et velū tēpli scissū. et hoc fuit: ipso vitę mortisq; domino expirāte. Verū eo iā mortuo & ifernū iā tenēte: resumpsit sol splēdorē suū. vt Iona in vētre ceti iam existēte: repurgatū est cœlū, & tēpestas sedata. Ergo prima nox, qua CHRISTVS triplicis machinę dominus fuit in corde terræ: in mysterio intelligenda est: scilicet hæ tenebrę, & hęc solis obscuratio in morte eius, in parasceue. secūda est: nox magni sabbati. tertia: nox dominicę. Prima dies: dies parasceues qui etiā ab ea parte horæ nonę qua pro animarū solutione apud iferos fuit, coepit ad noctē vsq; illucere. secūda: dies sabbati. tertia: dies dominica, q̄ a diluculo cepit. Hi igitur: sunt tres illi dies. & istæ: tres illæ noctes. Ceterū vt Matthæus insinuaret, dominū, tenebris adhuc existētibus, expirasse: dicit IHESVM circa horam nonam voce magna clamasse, & ipso spírítū emittente velum templi scissum esse, & terram motam. Atque tunc ex eodem: Centurio visis signis quę in morte eius facta sunt, confessus est fuisse filium dei. Et ex Luca: Omnis

Lucas

23

Matthæus

27

Lucas

23

- turba eorum qui simul aderant ad spectaculum
- istud, & videbant quæ fiebant: percutientes pe-
- ctora sua, reuertebantur. Fit igitur recte, vt tri-
- duum illud existentiae CHRISTI in corde terræ,
- & triduum resurrectionis: a morte domini, cōsi-
- militer sumendum sit. Et quāq̄ sepulturę eius etiā
- triduum computari potest (nam in parasceue se-
- pultus est: sabbato toto iacuit in sepulchro, &
- dominica mane surrexit) non tamē æque vt tres
- dies, ita tres noctes, sepulturę tribui possunt. Nā
- sepultus est in parasceue repurgato cœlo: & citra
- noctis magni sabbati initium. Quare sepulturæ
- tres noctes tribuere non possis: quāuis tres dies
- possis. Cæterū quia domino moriente hora no-
- na, & eadem domino inferos tenente, nox illa
- supra naturā inducta, statim desijt, & dies resti-
- tutus illuxit, vt & Iona in ventre ceti suscepto,
- ilico cessauit tēpestas, & reddita est cœli sereni-
- tas: ideo non vsque adeo prompte ex Euangelia-
- stis, huius rei deprehenditur mysteriū, nisi quis
- sp̄ritus sequatur intelligentiā. Quæ etiā: nōnul-
- los sanctorū minime latuit. Nā & sanctus Leo
- in quodam sermone de passione domini: sic illā
- aperuit. Emittēte (inquit) sp̄ritum CHRISTO:
- omnia elementa tremuerunt, densis tenebris
- splendor solis obductus: extraordinarię nocti
- subdidit diem. Ecce quomodo sp̄ritū emittente
- domino, noctem vocat: sed extraordinariam.

- 48 ¶ Vnde fit: vt parasceue, duplex nox tribuatur. vna ordinaria : in qua dominus orat & capitur. altera extraordinaria : in qua emittit spiritum, & claustra inferorum subit, inferos spoliaturus. Hęc: supra naturam, illa: secundum naturã. De hac: prophetatum erat. Occubet sol in meridie & cõtenebrabitur super terrã in die, lux. De illa vero dicit dominus. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. scriptum est enim. Percutiam pastorem: & dispergentur oues gregis. Et subdit Leo. Stabilitatem suam: terra profundis cõcussionibus labefacta, non tenuit. & petrarum firmitas: contracta soliditate, dissiluit. velum templi, quo priorum mysteria vltterius non erant obumbrãda: discissum est. Et Ambrosius super id Lucę, Clamauit IHESVS voce magna, & tradidit spiritum. Sol (inquit) occidit sacrilegis, vel refugit: vt funesti spectaculũ sceleris, obumbraret. Vides igitur quo pacto, dominum a tẽpore passionis ac mortis suę tribus diebus & tribus noctibus in corde terre fuisse: tam ex figura, q̃ ex Euangelistis, & sacris auctõribus intelligere possis. ¶ Nec hic moueat quẽq̃: q̃ Augustinus illam mysticam noctem, illamq̃ identidẽ mysticã diem a maioribus spiritaliter, mea sententia, posteritati insinuatam, reijcere libro tertio de consensu Euangelistarũ videatur. Nã id nulla ratione fult: sed id duntaxat ob Tychonũ

Amos
8Matthæus
26

Leo

Ambrosius

Augustin⁹

facere videtur, qui hoc mysterium ieiunē, & nō
 satis dilucide ex figura & prophetia, illi aperire
 visus est. Quod si illud ex figura prophetiaq; de-
 præhēdisset doctor ille celebratissimus: nūq̄ du-
 bio procul, inficiatus fuisset. Quid enim ad arca-
 nam Euāgelij de figura Ionæ, ad quā dominus
 nos relegat, intelligentiā: accomodatius afferre
 potuisset? Insuper: & ad Euangelistarum con-
 cordiam? ¶ Præterea & ex his prōptum erit in-
 telligere: quo pacto accipiēda erunt, quæ ali-
 quando vario modo, sed nulla dissonātia, nulla
 pugnante intelligentiā, verum spīritu semper cō-
 sono, ab Euangelistis adducuntur. ¶ Id tamēn 49
 vnum forte turbabit, quod capite octauo Mar-
 cus ait, Et cœpit docere eos: quoniam oportet fi-
 lium hominis multa pati, & reprobari a seniori-
 bus & summis sacerdotibus & scribis, & occidi,
 & post tres dies resurgere: quomodo intelligen-
 dum sit. Nam si oportebat filium hominis occi-
 di, & post tres dies resurgere: quomodo igitur
 tertia die resurrexit? Itē quomodo id verū erit:
 quod Matthæus, Lucas, Ioannes, immo & ipse
 Marcus dicit, Mane prima sabbati mulieres in-
 uenisse dominum surrexisse? Nec est quod dicas
 Euangelistas non dicere prima sabbati, sed vna
 sabbatorum, nam in computatione dierū apud
 Græcos & Hebræos: vna numerale est, perinde
 valens ac prima. Sic enim dicunt: vna dies, secū-

da dies, tertia dies, quarta dies, & deinceps ad septimam usque, quod sabbatum vocant. ut in Genesi de prima die dicitur, Factum est vespere & mane, dies vnus. Deinde de secunda, Factum est vespere et mane, dies secundus. & ita de reliquis. Sic et in computatione horarum: ferme passim vsus obtinuit. At quod vocabant aliquot dies sequentes magnam sabbatum, etiam sabbata, id est quietes: hoc ideo erat, quia ob magnam celebritatem pasche, sex diebus sequentibus, ab omni opere sedentario feriabantur, soli celebritati intendentes, quemadmodum in Exodi cap. duodecimo: scriptum est. Septem diebus: azyma comedetis, in die primo: non erit fermentum in domibus vestris. quicumque comederit fermentum: peribit anima illa de Israel, a primo die usque ad diem septimum. Prima dies: erit sancta ac solennis, & dies septima: eadem festiuitate venerabilis, nihil operis facietis in eis: exceptis ijs quae ad vescendum pertinent. & obseruabitis azyma. Ecce, cur dies illi sequentes magnum paschae sabbatum, sabbata dicebantur: & cur Euangelistae scribunt vna sabbatorum, pro prima die sex dierum magnum sabbatum sequentium. Non igitur fieri potest: ut dominus mortuus fuerit in parasceue magni sabbati, et prima die sabbatorum sequentium surrexerit, & post tres dies surrexerit. nam si post tres dies: ergo non prima, sed secunda sabbatorum surrexisset, siquidem

Genesis

1

Exodus

12

parasceue magni sabbati: prima dies fuisset. se-
 cunda: magnum sabbatum. tertia: prima sabba-
 torum, post quã surrexisset dominus. ergo secũ-
 da sabbatorum, quod: & articulo fidei, & omni-
 bus aduersatur euangelijs. ¶ Ingenue fatemur 50
 id, fidei, euangelijs, & omnino veritati aduersari:
 dominũ videlicet nõ tertia die, sed post tertiũ diẽ
 a passione sua surrexisse. Atq; id Marcũ, nec in-
 tellexisse, nec voluisse: sed ex vetusto interprete,
 hunc nobis relictum errorem, ob homonymiã
 huius præpositionis græcæ μετὰ, quæ non sim-
 pliciter, Post, significat, sed multa insuper alia,
 auctore Apollonio apud Græcos rei literariæ
 peritissimo. Nam ibi, μετὰ χεῖρας εἶχερ αἰ, ὄντε μεθ' ἡμέραν κατατιθέμερος, καὶ νύκτωρ ὑπὸ
 τῆρ κεφαλῆρ ὑποτιθέμερος, præposito μετὰ, ἐν
 καὶ διὰ id est in & per, significat. ἐν quidem: ibi,
 μετὰ χεῖρας, quid enim aliud est μετὰ χεῖρας
 quam ἐν χερσίν, id est in manibus: διὰ vero: ἰλ-
 λíc, μεθ' ἡμέραν, quod idẽ pollet atq; δι' ἡμέρας,
 id est per diẽ. Harũ autẽ præpositionũ altera, sci-
 licet διὰ, Matthæus cap. 26 vsus est, cũ inquit,
 καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομησάι αὐτόν. & Mar-
 cus cap. 14 similiter, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλ-
 λου ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω. Altera vero sci-
 licet ἐν, etiam Matthæus cap. 28. vbi αἶτ, καὶ ἐν
 τρισίν ἡμέραισ οἰκοδομῶν. & Ioannes cap. secũ-
 dό, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισίν ἡμέ-

ραισ ἐγερῶ αὐτόν. Cum igitur μετὰ significet ἐν
 καὶ διὰ, in et per, quibus, vt iam ostendimus, alij
 Euangelistæ, imo & ipse Marcus alibi, in re cō-
 simili vtuntur: vetus interpres eo in loco vbi
 Marcus cap. 8. græce habet, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέ-
 ρας ἀναστῆναι, vertere debuit in tribus diebus, si-
 ue per tres dies resurgere, & non post tres dies re-
 surgere. sic enim Marcus, nulla, neque ab alijs
 Euangelistis, neq; ab se alijs in locis apparuisset
 vsus dissonantia. nam si vetus interpres vertisset,
 Quoniam oportebat filium hominis occidi, &
 in tribus diebus resurgere: id, conspirasset cum
 verbis Ioannis quibus habet, Soluite templum
 hoc & in tribus diebus excitabo illud. Si vero,
 Et per tres dies resurgere: cum hoc Matthei, Et
 per tres dies ædificare illud, & cum verbis ipsi-
 us Marci capite. 14. vt in epilogo declarabitur.
 atque tunc: fuisset concordia euangelici spiritus.
 Verum is interpres, vulgatam huius prepositio-
 nis μετὰ cepit significationem, quæ reuera facit
 dissonantiam: quasi nullam aliam habuisset ad
 concordiam. ¶ Et q̄ legendo dominum dixisse
 se, oportere se occidi, et post tres dies resurgere, is
 sensus discordet ab Euangelistis in his ipsis lo-
 cis qui huic loco respondent: perfacile est nosse.

- Nam Matthæus habet, Exinde coepit IHESVS
- ostendere discipulis: quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati a senioribus & scribis

Matthæus

16

Lucas
9

• & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die
 • resurgere. Et Lucas. At ille increpans illos præ-
 • cepit: ne cui dicerent hoc. dicens: quia oportet fi-
 • lium hominis multa pati, & reprobari a seniori-
 • bus & principibus sacerdotum & scribis, & occi-
 • di, & tertia die resurgere. Et quod sit idem respō-
 • densve locus, constat: quia tam apud Matthæū,
 • quā Marcum, & Lucam, hic sermo sequitur in-
 • terrogationē domini de filio hominis, quem esse
 • dicerent. Et consequētia: etiam conueniunt. At-
 • qui pugnant: tertia die resurget, et post tres dies
 • resurget, semper (Euangelistarum more) initio
 • a die passionis domini sumpto, nisi bis resurre-
 • xisset. sicuti pugnāt, tertia die ad te veniā, & post
 • tres dies ad te veniam: nisi bina profectio, vnā
 • tertia die, & altera quarta aut alia sequēti, ad te
 • proficiscar. Et q̄ in eo sensu quo dicitur dominū
 • post tres dies resurgere, Marcus sibi ipsi disside-
 • ret: statim exploratum est. quādoquidem in se-
 • quenti cap. inducit dominum dicentem discipu-
 • lis suis. Quoniā filius hominis tradetur in ma-
 • nus hominū, & occident eū: & occisus tertia die
 • resurget. Et cap. decimo. Ecce ascendimus Hier-
 • osolymam, et filius hominis tradetur principi-
 • bus sacerdotum & scribis & senioribus, & dam-
 • nabunt eum morte, & tradent eum gentibus, &
 • illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt
 • eum, & interficient eum: & tertia die resurget. Si

Marcus
9
10

pugnāt igitur; post tres dies resurget, & tertia die resurget: certe ipse Marcus si ita scriberet, pugnantia scriberet. immo & induceret dominū: pugnantia aduersantiaq; loquentem. quod nequaquam sentiendum est. Ergo prius non legendū est in Marco, oportere filium hominis multa pati, & reprobari, & occidī, & post tres dies resurgere: sed in tribus diebus resurgere, siue per tres dies resurgere.

52 re. ¶ Addubitabis forsitan adhuc: ubinā Matthæus scripserit, & per tres dies ædificare illud. Respondebimus cap. vicesimo sexto, ubi sic habet. οὗτος ἔφη, δύναμαι καταλύσαι τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. hoc est. hic dixit: possū destruere tēplū dei, & p̄ tres dies ædificare illud. Corrupte tamē nostri codices habēt: post tridū, loco huius per tridū, διὰ τριῶν ἡμερῶν, nam διὰ: per, & nullomodo post, significat. Et censeo ubicūq; de passione domini fit sermo, & iuenitur post tres dies, aut post tridū: legēdū esse per tres dies, siue per tridū, aut in tribus diebus, siue in triduo. ne homonymia vocabulī μετα: post hac quēq; fallat.

53 ¶ Sed dices. Vbi saltē falsi testes inducuntur: tribuendū erit, ipsos dixisse post tridū, aut post tres dies. vt tibi. Possū destruere tēplū dei: & post tridū reædificare illud. ¶ Verū neq; hic legēdū, post tridū: sed vt dictum est per tridū, siue in triduo: vt etiā ex ipso Matthæo ex verbis ipso

Matthæus
26

Matthæus
26

Matthæus
27

rum Iudæorū dū præteribāt blasphematiū cognoscitur atq; dicētiū. Vah q̄ destruis tēplū dei, & in triduo illud reædificas. Neq; oportet eos criminis falsitatis argui q̄ dixerint, post triduū, aut post tres dies : sed ex multis alijs sunt arguēdi . vt dilucidius apparebit : si de hac materia, nōnullis ad intelligentiā gręcā sub asterisco reductis, Euangelistarum dicta, quasi per epilogum adcitemus, vt promptius pateat omnium concordia, a Matthæo exorsi.

Matthæus
12 d
16 c
20 c
26 f
27 e
28 a

¶ MATTHÆVS. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus . Hoc: de triduo & trinoctio domini apud inferos. ¶ Item: Exinde coepit IHESVS ostendere discipulis suis : quia oportet eum ire Hierosolymā, & multa pati a senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Hoc: de triduo a passione, id est morte domini. ¶ Item. Et ascēdens IHESVS Hierosolymam: assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis, Ecce, ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & cōdemnabunt eum morte. & tradent eum gentibus ad illudendū, & flagellandum, & crucifigendum : & tertia die resurget. Hoc: de triduo a passione domini. ¶ Item
¶ Nouissime autem venerunt duo falsi testes: et di

• xerunt. Hic dixit : possum destruere templū dei
 * • & * per tridū edificare illud. Διὰ τριῶν ἡμερῶν
 • οἰκοδομῆσαι αὐτόν. Hoc : de triduo a passione
 domini. Neq; falsi testes erāt, i hoc q̄ dicebāt p
 triduum siue in triduo: sed in hoc q̄ dicebāt, do-
 minū dixisse, Possum destruere tēplū dei. quia
 non hoc dixerat: sed soluite templum hoc. Neq;
 dixerat ædificabo, sed excitabo. Et intelligentia
 eorum: mendax. nam de templo materialí: quod
 erat Hierosolymis. CHRISTVS autem : de suo
 corpore, assumptaq; humanitate, dixerat. ¶ Itē
 • Prætereūtes autē blasphemabant eum: mouen-
 • tes capita sua, & dicentes, Vah qui destruis tem-
 * • plum dei : & * in triduo ædificas. ἐν τρισὶν ἡμέ-
 • ραισ οἰκοδομῶν. Hoc: ex duorum falsorum testi-
 um dictis, a prætereuntibus assumptum, qui &
 mēdacijs eorundē, addūt ex indignatione, furē-
 * • tis animi ironiam. ¶ Item * Tarde autē ea sab-
 • batorum, quē illucescit in vnam sabbatorum: ve-
 • nit Maria Magdalene, & altera Mariā videre se
 • pulchrum. ὃψε δὲ σαββάτων τῆ ἐπιφωσκούσῃ
 • εἰς μίαν σαββάτων. Hoc: de prima celebri sex
 dierum magnum sabbatum sequentium.
 • MARCVS. Et cœpit docere eos: quoniam oportet
 • filiū hominis pati multa, et reprobari a senio-
 • ribus, & a sūmis sacerdotibus, & scribis, et occi-
 * • di, & * i tribus diebus resurgere. καὶ μετὰ τρεῖσ
 ἡμέρας. Hoc: de triduo a passione. Mōstratū iā

Marcus	
8	d
9	e
10	e
14	f
16	a
16	c

est: μετὰ significare cum accusatiuo non solum post, sed etiã ἐν καὶ διὰ, id est in & p. Quare hoc in loco, ne esset scripturarũ dissonantia: nō post, sed in aut per, fuerat vertēdũ. ¶ Item. Docebat autē discipulos suos, et dicebat illis: quoniã filius hominis tradetur in manus hominũ, et occidēt eũ, & occisus: tertiã die resurget. Hoc: de triduo a passione. ¶ Item. Ecce ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus: & illudent ei, et conspuent eũ, et flagellabunt eum, & interficient eum: et tertiã die resurget. Hoc: de eodē triduo. ¶ Item. Et quidam surgētes: falsum testimoniũ ferebant aduersus eum, dicentes. Quoniã nos audiuimus eum dicentem: ego dissoluam templum hoc manufactum, & * per triduũ, aliud non manufactum, edificabo, διὰ τριῶν ἡμερῶν. Hoc: de triduo a passione. Et aduerte, φ διὰ τριῶν ἡμερῶν, id est per triduũ, & nō, post triduũ: quod perinde est ac in triduo, vt amplius intelligas: Marcũ prius accepisse μετὰ, pro διὰ siue ἐν, & iustius q̄dē: q̄ vetus interpres sumere possit διὰ, pro post. Hoc autem mendaciũ habent isti falsi testes: quod et illi qui in Matthæo. sed adaugēt expressius: in hoc φ addunt τῆπλῦ χειροποίητον, καὶ ἀχειροποίητον, id est manufactum & non manufactum, et φ dicūt dissoluam, quod

amplius est quā possum dissoluere. Et hoc ipsum
 • improperebant transeuntes: dicendo. Vah qui
 • destruis templum dei. ¶ Item. Et cum transisset
 • sabbatum: Maria Magdalene, & Maria Iacobi
 • & Salome emerunt aromata, vt venientes unge-
 • rent IHESVM. & valde mane vna sabbatorū ve-
 • niunt ad monumentum: orto iam sole. Hoc: de
 • prima sex celebrium dierum post magnum sab-
 • batum, qđ et absolute sabbatum dicitur. ¶ Itē.
 • Surgens IHESVS mane prima sabbati: apparuit
 • primo Mariæ Magdalenaē, ei de qua eiecerat se-
 • ptem demonia. ἀναστὰς δὲ πρώτῃ πρώτῃ σαββά-
 • του, ἐφάνη πρῶτον μαρία τῇ μαγδαληνῇ ἀφ' ἧς
 • ἐβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. Hoc: de eadem pri-
 • ma die, post magnum sabbatum. Et aduerte
 • φ αἰτ, τῇ μαγδαληνῇ ἀφ' ἧς, καὶ τὰ λοιπὰ,
 • quasi illo articulo innuēs differentiā ab alia Ma-
 • gdalena, de qua non eiecerat septem dæmonia.
 • LUCAS. At ille increpans illos: præcepit ne cui
 • dicerent hoc, dicens: quia oportet filium homi-
 • nis multa pati, & reprobari a senioribus, &
 • principibus sacerdotum & scribis, & occidi, &
 • tertia die resurgere. Hoc: de triduo a passione.
 • ¶ Item. Ecce ascendimus Hierosolymam: & cō-
 • summabuntur omnia quæ scripta sunt per pro-
 • phetas de filio hominis, tradetur enī gentibus et
 • illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur, & postq̃
 • flagellauerint, occident eum: & die tertia resur-

Lucas

9 c

18 f

24 a

24 d

get. Hoc: de triduo a passione. ¶ Item. Vna au-
 * • tē * sabbatorum: valde diluculo venerūt ad mo-
 • numētum, portantes quæ parauerant aromata,
 • & inuenerunt lapidē reuolutum a monumen-
 • to: & ingressæ non inuenerunt corpus IHESV.
 • τῆ δὲ μίᾳ τῶν σαββάτων. Hoc: de prima sex so-
 lennium dierum post magnum sabbatum. Ad-
 uerte q̄ venerunt valde diluculo: sed vt Marcus
 ait, orto iam sole. Et valde nimirum diluculo ve-
 nerunt: si hora duodecima noctis venerunt, cum
 sol primum ex more exoriri soleret hora prima
 diei. Quid si etiam illa sancta nocte, ob resurre-
 ctionis gloriam: citra vndecimā exortus fuerit?
 • ¶ Item. Nos autem sperabamus: quia ipse esset
 • redempturus Israel, & nunc super hæc omnia,
 • tertia dies est hodie: q̄ hæc facta sunt. Hoc: de
 tertia die a passione & morte domini.

Ioannes
 2 d
 20 a

• IOANNES . Soluite templum hoc : et in tribus
 • diebus excitabo illud. Hoc: de triduo a morte
 * • domini. ¶ Item. Vna autem * sabbatorū, Ma-
 • ria Magdalene venit mane: cum adhuc tenebrę
 • essent ad sepulchrum. τῆ δὲ μίᾳ τῶν σαββάτων.
 Hoc: de prima die sex solēniū dierum post ma-
 gnū sabbatū. ¶ Ex his patet o Magnifice Fran 55
 cisce, concordia Euangelistarum: siue de sanctis
 mulieribus gloriosam domini resurrectionē nū-
 ciantibus, siue de triduo a passione, & de tribus
 diebus & tribus noctibus in corde terræ, sermo

PER
 O
 RA
 TI
 O

agitetur. **Q**uod si qua his de rebus differendo, nos fugerit veritas: liberum sit cuique adijcere, aut si quid erratum: erigere, modo omnia benevole (sicuti & nos) agat, scilicet ut euangelicum lumen quod dignitate omnem scientiam præcellit, omnemque aliam cognitionem: foelicius cunctis illuceat, neque enim: sine concordia illucere potest. Ad hoc autem, opusculum hoc disceptatione nuncupavi: ut omnes plane intelligant, me nihil asserere velle, nisi quod sancta recipit ecclesia, & sacra credere compellit auctoritas. Neque hæc in cuiusquam odium, aut animo incessendi carpentive scripsi: sed solo veritatis amore, tibi que morem gerendi studio. Quapropter lectores oratos velim: boni consulant, neque ægro ferant animo: quod nonnumquam in hac disceptatione, aliquorum insignium ecclesie scriptorum, sententijs adversatus sum: quos etiam inter eos qui scripserunt, summa veneratione prosequor, et ut vere sanctos habeo, amplector, observo. Quod certe, nec ambitiose feci, nec omnino sponte, nam ut vehemens spiritus & procella, frequenter nauem quolibet, non quo nauem voluit, impellit: ita fortis ratio et euangelij auctoritas, cui omnis alia cedit, me ad hoc adegit, ut non ubique cum eis sentire potuerim, quod alioqui fecissem perlibenter, hoc tamen non nesciebam, euangelium euangelijque veritatem, conspirationem, concordiam: sibi præponi nemini iure molestum fore, etiam si sanctus

DE

sublimi choro spectandus fuerit. Præterea nemine esse, modo sano fuerit iudicio, beneuolæque mente: qui eum in aliquo cõtrauenire putet ecclesiæ, qui euangelium sequatur. Quod & ipsi, quantum dominus largiri dignatus est: facere studuimus. Quod si quis alius maiorem his, afferat lucẽ, aperioreque euangeliorum concordiam: illi congratulamur. Nam omnia domini dicta sic vera esse sentio: ut citius cœlum et terra transeant, quàm ea vel in minimo a veritate decidere queant. Pro munerum ergo suorum elargitione gratias ago: veniam tamen petens, quod ijs ipsis non satis pro dignitate sim usus. gratias inquam illi qui vere pro nobis mortuus est, vere descendit ad inferos, non passurus, sed regna tartarea iuste subacturus, profecturus, spoliaturus. qui vere tertia die resurrexit a mortuis: & vere nunciatus est a mulieribus, sedetque nunc in dextra patris. Cui & cum æterno patre & spiritu sancto: cõmunis honor, par gloria, æqua potestas, per immensa sæculorũ secula. **A M E N.**

**Disceptationis de Maria Magdalena
& Triduo CHRISTI: ad Euangelistarum concordiam,
et domini gloriam
& honorẽ,
FINIS.**



QVAEDAM INTER RELEGENDVM
ANNOTATA.

Fo.	Fa.	Linea	
5	1	bentis	leg. certū est : hāc mulierē eandē
5	2	ex dis.	leg. Ischariotes. & ita deinceps
6	1	ptem	leg. in margine, Lucas 8
6	2	cū illo	leg. mulieres aliquæ
6	2	neret	ascribe in margine inferiori 5
11	1	esse	ascribe numerum 11
14	1	cū tunc	leg. facta esset
14	1	ruerat	leg. ruisset
14	2	día	leg. euasisset
14	2	le	leg. eripuisset
14	2	sed	leg. liberasset
17	2	gdalēa	ascribe numerum 14
18	1	paucis	ascribe numerum 15
18	1	ratione	appone paragraphū, et ascribe 16
23	1	pus	leg. Lazari Massilię, si nō i pago
25	1	rectionē	leg. resurrectionem
26	1	rum	leg. ad veri dei cognoscendi
28	1	inuēto	leg. penitus ibi
29	1	triduo	leg. triduo mortis & sepulturæ
32	1	tur	leg. tur, si tamen lapsus, & multi
32	12	turus	leg. q̄ calicem

